

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**In. Epistolas M. Tullii Ciceronis Qvae Familiares Vocantvr
Paulli Manutii Commentarius**

Manuzio, Paolo

Venetiis, 1579

In Fam. lib. II. ep. I. [Argumentum ep. I. lib. II.]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764133](#)



IN . EPISTOLARVM
QVAE
FAMILIARES
VOCANTVR
LIBRVM . OCTAVVM
QVI . EST
M . COELII . RVFI
AD . CICERONEM
PAVLLI . MANVTII
COMMENTARIUS



NTE QVAM Coelij epistolas interpretemur, uitam eius breui oratione completi non alienum putauimus. Ac primum, de honoribus, quos gessit; tum, de eius eloquentia; tertio loco, de moribus; postremo, de obitu; quae uidetur Cicero in suis libris, uel annalium litterae loquuntur, agendum uideatur.



COELIVS Rufus, plebeij generis, patre equite R. Puteolis natus, sumpta virili toga, id est annum aetatis ingressus x vii, a patre continuo ad Ciceronem deducetus est, nondum practorum, sed eloquentia iam, & probitatis opinione clarum: a quo etiam lectissimus adolescens appellatus est libro quarto in Verrem, qui, Designis inscribitur. In illo aetatis flore cum artibus honestissimis eruditus est. M. Crassi domum frequentauit. postea fuit asiduus cum Cicerone praetore, candidatumq. asestatu est in petitione consulatus. anno sequenti iterum petenti consulatum Catilinam studuit. tribunatum pl. gessit. Pompeio tertium consule, Milonemq. ob necem P. Clodij de ui reum, studiosissime defendit. qua de re sic in oratione pro Milone: Caedi uidistis populum Romanum, concionem gladijs distractari; cum audiretur silentio M. Coelius tribunus pl. uir fortissimus, & in suscepta causa firmissimus, & bonorum uoluntati, & auctoritati senatus deditus, & in hac Milonis siue iniudia, sine fortuna, singulari, diuina, & incredibili fide. In libro de claris oratoribus: Coelius, quam diu auctoritati meae paruit, talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamq. deuentiam a senatu, & a bonorum cauissa steterit constantius. Nominant & Appianus, & Dio tribunum pl. quamquam apud utrumque mendose legitur Caecilius. Aedilis curulis fuit L. Paullo, & C. Marcello cos. praetor C. Caesare 11, & P. Seruilio cos. Orto ciuili bello, quaestor in Africa fuit C. Curionis, ut apud Caesarem lib. 2. ci. bel. scriptum est. Eloquentiae in primis operam dedit, locumq. inter summos oratores consecutus est. itaque & Cornelius Tacitus, & Quintilianus inter eos oratores, qui nouissimum recip.

reip. temporibus maxime floruerint. Coelium referunt, sua cuique tributa laude, Ciceroni, Caesaris, Coelio, Caluo, Bruto, Asinio, Messallae. Coelij tamen scripta paullo asperiora & antiquitatem redolere uisa sunt, de quo sic Tacitus in dialogo de oratoribus: Galba, & Carbo horandi, impoliti, rudes, & informes, & quos utinam imitatus non esset Caluus, aut Coelius, aut ipse Cicero. & aliquanto post: Quid ex Coelianis orationibus? nempe hae placent, in quibus nitorem, & altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem uerborum, & hians compositio, & inconditi sensus redolent antiquitatem, nec quemquam adeo antiquarum puto, ut Coelium ex ea parte laudet, qua antiquus est. Item infra: Apud nos Cicero ceteros corundem temporum disertos antecessit. Caluus autem, & Asinius & Caesar, & Coelius, & Brutus, sic iure & prioribus, & sequentibus anteponuntur. nec refert, qui inter se specie differant, cum genere consentiant. at tristior Caluus, numerosior Asinius, splendidior Caesar, amerior Coelius, grauior Brutus, uehementior, & plenior, & ualentior Cicero. omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae ferunt. Quintilianus autem hacc lib. x. Multum ingenij in Coelio, & praeципue in accusando, multa urbanitas: dignus uir, cui & mens melior, & uita longior contigisset. Subiungi paullo post in eodem libro: Quid noceret, uim Caesaris, asperitatem Coelij, diligentiam Pollio, iudicium Calui quibusdam in locis assumere? Et lib. xi. Coelij uerba recitat ex oratione, quam de uireus pro se ipso habuit: de qua & Suetonius meminit in libro de claris rhetoribus, & Festus mentionem facit. Illa quoque nota uimus apud eundem lib. xi. Vix Caesaris, indolem Coelij, subtilitatem Calidij, grauitatem Bruti, acumen Sulpicij, acerbitudinem Caesarij, diligentiam Pollio, dignitatem Messallae, sanctitatem Calui. Sed audiamus Velleium historiac suam lib. 2. Dum, inquit, in acie Pharsalica, Africaq. de summa rerum Caesar dimicat, M. Coelius, uir eloquio, animoq. Curioni simillimus, sed in utroque perfectior, nec minus ingeniose nequam.

Plus tamen ei facultatis in accusando fuisse, quam in defendendo, Quintilianus ostendit lib. vi. cum ait M. Coelium, quia melius obijceret crimina, quam defendere, bonam dextram, malam sinistram appellari a Cicerone solitum esse. idq. confirmat ipse Cicero his uerbis in libro de claris oratoribus: Coelij actionem & splendidam, & grandis, & eadem in primis faceta, & perurbana commendabat oratio. graues eius conciones aliquot fuerunt, acres accusationes tres, eaeq. omnes ex reip. contentione susceptae. defensiones, eti illa erant in illo meliora, quae dixi, non contemnenda tamen, saneq. tolerabiles. Tres eius accusationes, quas Cicero appellat, fuere, prima in C. Antonium de maiestate, qui consulatum cum Cicerone gesserat: secunda in Sempronium Atratinum de ambitu: & utramque significat Cicero in oratione, qua eum defendit: tertia, ut opinor, in C. Laclum; ut ex Quintiliani uerbis, quae lib. vi. leguntur, mihi uideor posse coniugere. Scriptit etiam concionem de aquis, quam Frontinus lib. 2. de Aquae dubiis nominat. eam fuisse non dubito contra aquarios, & tabernarios: nam ipse ep. 9. Nisi ego, inquit, cum tabernarijs, & aquarijs pugnarem, ueterus ciuitatem occupasset. Mores in eo minime cum ingenio conferendi, iracundissimum appellat Seneca lib. iii. de ira. Quintilianus ait: Dignus uir, cui & mens melior, & uita longior contigisset. Cicero: M. Coelium praeterendum non arbitror; quacumque uis in exitu uel fortuna, uel mens fuit. Nequam, & prodigum fuisse, ex his Velleij uerbis intelligitur. Coelius, cum ne a dijs quidem seruari posset; quippe peior illi res familiaris, quam mens erat; in praetura nouarum tabularum auctor exstitit. Eodem pertinent illa Quintiliani lib. 1. Etymologia habet aliquando usum necessarium, quoties interpretatione res, de qua queritur, eget; ut cum M. Coelius se esse hominem frugi uult probare, non quia abstinentis sit, (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia utilis multis, id est fructuosus, unde fit dicta Frugalitas. Impudicum, & lascivum ostendit oratio Ciceronis. Saltandi artem diligenter didicit, ingenuis indecoram, atque dishonestam. itaque reprehendit eam Scipio Aemilianus in oratione contra legem iudicariam Ti. Gracchi: cuius haec uerba lib. 111. Sat. recitat Macrobius. Docentur praestigias dishonestas: cum cinaedulis, & sambuca, psalterioq. eunt in ludum histriorum: discunt cantare, quae maiores nostri ingenuis probo ducier voluerunt: eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cinaedos, uirgines, pueriq. ingenui. haec cum mihi quisquam narrabat, non poteram animum inducere, ea liberos suos nobiles homines docere: sed, cum ductus sum in ludum saltatorium, plus mediusfidiis in eo ludo uidi pueris uirginibusq. quingentis, in his unum, quo me reip. maxime miserrum est, puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis duodecim, cum crotalis saltare, quam saltationem impudicus seruulus honeste saltare non posset. Idem in eodem libro sic: Vno eodemq. tempore tribus nobilissimis ciuiis, non modo studium saltandi, sed etiam, si dijs placet, peritia, qua gloriarentur, fuit, Gabinio consulari, Ciceronis inimico, & M. Coelio, noto inter turbas uiro, quem Cicero defendit, & Licinio Crassi, Crassi eius, qui apud Parthos extinctus est, filio. Inconstantis ingenij fuit. primum, tribunus pl. quo anno P. Clodius a Milone occisus est, optimatum partes defendit. qua de re sic Cicero in Bruto: Talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamq. dementiam a senatu, & a bonorum causa steterit constantius. Mox, orta inter Caesarem & Pompeium discordia, neutram in partem inclinare uisus est. id significat Cicero ep. 15. lib. 2. In rep. inquit, non ualde te iactas. districtus enim mihi uideris esse, quod & bonus ciuis & bonus amicus es. Deinde, mutata sententia, Caesaris ad partes transiit. ex quo illud Ciceronis in Bruto: Hic, cum summa uoluntate bonorum aedilis curulis factus esset, nescio quo modo discessu meo discessit a se, ceciditq. postea, cum eos imitari coepit, quos ipse peruerterat. Profectum ad Caesarem cum C. Curione, ut eum ad ciuile bellum incitaret, scripsit Dio lib. xl. Denum a Caesare ipso desciuit: idq. cum ipse declarat ep. ultima lib. 11x. tum uero Velleius his uerbis: Accito Anno Milone, qui, non impetrato redditu, Iulianis partibus infestus erat, in urbe seditionem, aut magis occulte bellicum tumultum mouens, primo summotus a rep. mox consularibus armis au-

SF ctore

etore senatu circa Turios oppressus est. Caesar autem planissime lib. III. de bello ci. cuius nerba subscribitur: Romae M. Coelius Rufus praetor, causa debitorum suscepta, initio magistratus tribunal suum iuxta C. Trebonij, praetoris urbani, sellam collocauit; & si quis appellauisset de aestimatione, & desolutionibus, quae per arbitrium fierent, ut Caesar praefens constituerat, fore auxilio pollicebatur. ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem causam uideretur, legem promulgauit, ut sex pensionibus, sine usuris, creditae pecuniae soluantur. cum resisteret Seruilius consul, reliquiq. magistratus; & minus opinione sua efficeret; ad hominum excitanda studia, sublata priore lege, duas promulgauit, unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit, aliam tabularum nouarum: impetuq. multitudinis in C. Trebonium facta, & non nullis uulneratis, cum de tribunali deturbauit. de quibus rebus Seruilius consul ad senatum retulit; senatusq. Coelium ab rep. remouendum censuit. hoc decreto cum consul senatu prohibuit, & concionari conantem de Rostris deduxit. ille, ignominia, & dolore permotus, palam proficisci se ad Caesarem simulauit, clam nuncijs ad Milonem missis, qui, Clodio interfecto, eius nominis erat damnatus; atque eo in Italiam reuocato, quod, magnis muneribus datis, gladiatoriae familie reliquias habebat, sibi coniunxit. De obitu sic idem Caesar in eodem loco: Coelius, profectus, ut ipse tunc dictabat, ad Caesarem, peruenit Turios. ubi, cum quosdam eius municipij sollicitaret, equitibusq. Caesaris Gallis, atque Hispanis, qui eo praesidij causa missi erant, pecuniam pollicitaretur, ab his est interfactus. Et Velleius: In urbe seditionem, aut magis occulte bellicum tumultum mouens, primo summotus a rep. mox consularibus armis auctore senatu circa Turios oppressus est. Dio autem lib. XI. 1. eadem fere, quae Caesar, de eius defectione, & nece prodidit. At Epitome Liuiana his uerbis lib. CXI. M. Coelius Rufus praetor, cum seditiones in urbe quam maxime concitaret, nouarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu, pulsus urbe, Miloni exsuli, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit. uterque, cum bellum molirentur, interficti sunt.

Argumentum ep.I.lib.IIX.

EX DUPLEX haec epistola constat argumento, morali, & negotiali. quatenus enim excusatione utitur Coelius, quod alteri curam, & laborem colligendi, ac perscribendi res urbanas delegauerat, morale genus est: reliqua narratio negotialis. Primum igitur, ut arrogantiae culpam uitet, excusat se, quod rerum urbanarum commentarium aliena opera conficiendum curauerit: deinde subiungit haec: de comitiis transpadanorum Romae rumorem nullum esse: de successione Gallicarum nihil relatum: de Pompeio cupere se aliquid cognoscere: de Caesare uaria dissipari: de Domitio, de Q. Pompeio, de Plancio, de Politicis Ciceronis libris. Scripta est, quo anno in provinciam Cicero proiectus est, Ser. Sulpicio, & M. Marcello cos. Respondit Cicero ijs litteris, quae lib.2. leguntur hoc initio, Quid? tu me &c.

M. Coelius Rufus S. D. M. Ciceroni. 1.

VO D tibi decadens pollicitus sum, me omnes res urbanas diligenter, si me tibi perscriptiarum: data opera paravi, qui sic omnia perserqueretur, ut uerear, ne tibi arguta nimium haec sedulitas uideatur. tametsi tu scio quam sis curiosus, & quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores. tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiae condemnes, quod hunc laborem alteri delegauit: non quin mibi suauissimum sit & occupato, & ad litteras scribendas, ut tu nosti, pigerrimo, tuae memoriae dare operam: sed ipsum uolumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. nec scio cuius otij esset, non modo perscribere haec, sed omnino animaduertere. omnia enim sunt ibi s. c. edita, fabulae, rumores. quod exemplum si forte minus te delectarit; ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam, fac me certiorum. si quid in remaius actum erit, quod isti operarij minus commode persequi possint: & quemadmodum actum sit, & quae existimatio consecuta, quaeq. de eo spes est, diligenter tibi perscribemus. Ut nunc est, nulla magnopere expectatio est. nam & illi rumores de comitiis transpadanorum Cumarum tenuis caluerunt. Romanum cum uenisssem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. prae-

terea Marcellus quidem adhuc nibil retulit de successione prouinciarum Galliarum. in Kal. Iun. ut mibi ipse dixit, eam distulit relationem. sanequam eos sermones repressit, qui de eo tum fuerant, cum Romae nos essemus. Tu, si Pompeium, ut uolebas, offendisti; quitibi uisus sit, & quam orationem habuerit tecum, quamq. ostenderit uoluntatem, (solet enim aliud sentire, & loqui, neque tamen tantum ualere ingenio, ut non appareat, quid cupiat) fac mibi perscrivas. Quod ad Caesarem attinet, crebri, & non bellum de eo rumores, sed suis uirationes dumtaxat ueniunt. alius, equitem perdidisse; quod opinor certe factum: alius, septimam legionem uapulasse, ipsum apud Bellouacos circumfideri, interclusum ab reliquo exercitu. neque adhuc certi quidquam est: neque haec incerta tamen uulgo iactantur, sed inter paucos, quos tu nosti plane, secreto narrantur. at Domitius, cum manus ad os apposuit? Te ad ix. Kal. Iun. subrostrani, quod illorum capiti sit, dissiparant perijisse: ita ut in urbe, ac foro rotu maximus rumor fuerit, te a Q. Pompeio in itinere occisum. ego, qui scriuem Q. Pompeium Baulis embaenetiam facere, & usque eo, ut ego misererer eius esivieci, non sum commotus; & hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur optauit. Plancus qui dem tum Rauenae est; &, magno congiario do-natus a Caesare, nec beatus, nec bene instructus est. Tui politici libri omnibus uigent. Vale.

EXPLANATIO

DE C E D E N S } unde? ab ipso Cicerone, quem in prouinciam euntem prosecutus erat, proficiscentem Appium in Ciliciam, sic Valerium Cicero prosecutus est: ut ep. 10.lib. III. & ep. 6.lib. xiiii. Ipse Coelius hoc iter significat, subiungens: Romani cū uenissim. Decedere autem simpliciter accipit Coelius pro discedere, ut epistola 10. Mei officij est, meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris. Visitatus tamen est de magistratibus e prouincia decendentibus: licet priuatis quoque accommodetur, ut in oratione pro Quinto: Decedit ex Gallia Romam Naevius. DATA opera paravi. } studiōse paravi: operam dedi, studium adhibui, ut pararem, qui sic omnia colligeret, atque in commentarium referret, ut uerear, ne tu meam sedulitatem nimis etiam diligentem existimes. Argutum enim ueteres interdum uocabant, quod summam diligentiam argueret. id cognoscitur ex epist. 5. lib. vi. ad Att. Vellim, inquit, obuias mihi litteras quamargutissimas de omnibus rebus crebro mittas. Et lib. 1. de Diuin. Argutissima exta, quae maxime significant. Libro autem 3. de leg. Oculi nimis arguti, quod arguant, & quasi loquuntur, quemadmodum animo affecti sumus. Manus minus arguta, lib. III. de Oratore, quasi minus actuosa, quae subsequi digitis, non quae uerba exprimere uideatur. CURIOSVS, } Curiosi sunt, quorum nimio, &c. ut Coeliano more loquar, ita arguta sedulitas est, ut uel minima quaque current. DE PRECOR, } Deprecari, interdum est, precari, ut aliquid habeamus, ut, pacem deprecari, ep. 24. lib. xii. & Telacrumae fratris deprecantur, ep. 7. lib. iv. interdum contra, ne habeamus, ut deprecari exsulium, poemam, & similia: quod Ciceroni & alijs frequentissimum est. DELEGAVI: } mihi a te legatum. Est enim, Delegare, non, simpliciter aliquid alicui mandare, sed id mandare, quod is, qui mandat, facere ipse debebat. hoc significant loca Ciceronis a me diligenter obseruata. in oratione pro Domo, Delegau, inquit, amico locupletiori. Et ep. 3. lib. xii. ad Att. Delegationem a mancipe. Et ibidem, ep. 13. Balbi regia condicio delegandi. Et lib. 2. de Orat. Quae nunc ad me delegare uis, ea semper in te eximia, & praefstantia fuerunt. TVAE memoriae dare operam: } ea tractare, quae tui me obliuisci non sinant. amici enim causa, qui aliquid agit, eius memoriae operam dat. EDITA, } consulū, & praetorū. FABVLAE, } in scena recitatae. In Bruto: Docuit primus fabulam Liuius. QVOD exemplum } Exemplum est imago rei: uocat igitur exemplum commentarium rerum urbanarum, quod in eo quasi quaedam ciuitatis imago esset. MOLESTIAM. EXHIBEAM, } sic ep. 30. lib. xii. Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. MINVS COMMODE } minus apte, non ut oportet. sic lib. 1. de Oratore: Oratio commode scripta. EXISTIMATIO } opinio: ut in oratione pro Coelio: Nam, quod de pietate dixisti, est quidem ista nostra existimatio, sed iudicium certe parentis. quid nos opinemur, audiems ex iuratis: quid parentes sentiat, lacrime matris, squalor patris, luctusq. declarat. VTNVNCE est, } pro, quomodo nunc se res habet. ita locutus est Att. epist. 4. lib. vii. & ad eundem ep. 28. lib. xii. Similiter ad eundem ep. 2. lib. xiiii. Quo modo nunc est. Et Acad. 4. Ut quidem se nunc causa habet. Terentius autem in Heaut. Ut diei tempus est. DE COMITIIS transpadanorum } ut quattuoruiri, q. summus erat in municipijs magistratus, crearetur. In Gallia transpadana, Caesaris prouinciae parte, Latinae coloniae erant oēs, iure Latij, ut Pedianus docet, lege Pompeia accepto. Caesar ijs iam ante, quam aedilis esset, ciuitatem dari uoluit: de quo Suetonius his uerbis: Colonias Latinas, de petenda ciuitate agitantes, adiit: & ad audiendum aliquid concitasset, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent. Hoc autem anno, quo Coelius hanc epistolam scripsit, in municipiorum formam transpadanas colonias redigi, creatis quattuoruiris, qui erant idem in municipijs, quod Romae consules, aut studuit Caesar, aut studere creditus est. municipia uero ciuitatem sive suffragio primis temporibus, hoc tempore suffragij ius cum ciuitate habebant. huius rei uestigium exstat ep. 2. lib. v. ad Att. Erat, inquit, rumor de transpadanis, eos iussos quattuoruiros creare. quod si ita est, magnos motus timeo. Hacto- ta de re Sigonius egregie, lib. iii. de antiquo iure Italiae. CVMARVM terus } Cumas usque peruenierunt, ultra progresi non sunt. ultra Cumas nihil de transpadanorum comitiis auditum est. AVDI- TIONEM accepi. } durior, & horridior interdum Coelius est in explicanda sententia. quis enim si- quatur, Ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi, pro, nihil prorsus audiui? fortasse hoc illud est, cur in eo sordes uerborum Tacitus appeleret, & subiungat, Amarior Coelius; & Quinctilianus asperita- tem ei tribuat in dicendo. MARCELLVS } consul cum Sulpicio. iam erun pebat inter Caesarem, & Pompeium discordia, sero nimis opes Caesaristamente Pompeio: qui proximo anno cōsul tertium pugna- uerat, ut absens Caesar consulatum petere posset; contra quam legibus cautum erat. ep. 6. lib. vi. & ad Att. ep. 1. lib. vii. & ep. 3. lib. lix. DE SUCCESSIONE Galliarum. } ut Caesar ante legitimū diem succederetur. erat enim hic octauus Caesaris annus in administratione Galliarum, imperio decim annorū ei concessio, quinquennio uno lege Vatinia, ipso Caesare cum Bibulo consulatum gerente; altero lege Tre- bonia, Pompeio, & Crassi cos. quam Pompeij & Crassi legem, quod eam ex consulatu uoluntate Trebo- nius tribunus pl. tulerat, Hirtius uocat lib. i. ix. belli Gal. Marcellus, inquit, proximo anno, cum impugna- ret Caesaris dignitatem contra legem Pompeij, & Crassi retulerat ante tempus ad senatum de Caesaris prouincijs. IN KAL. IVN. } S. C. de Gallis, non Kalendis Iun. sed pridie Kal. Oct. referente Marcelllo, f- atum, misit Ciceroni Coelius. ep. 8. DISTVLIT } Epistola sequenti, Marcelli impetus refederunt;

non inertia, sed ut mihi videbatur, consilio. SERMONES repressit, } cum, eum statim de Gallijs re-
laturum, homines loquerentur. Sermones retundere, dixit ep. 6. Sed, Reprimere; Ciceronianum est. ep. 8.
lib. III. OFFENDISTI, } offendit eum Tarenti, & cum eo decem dies fuit. ep. 2. lib. IIX & ep. 6.
lib. v. ad Att. ALIVD sentire, & loqui, } de simulatione Pompeij, ep. 5. lib. I. & ep. 9. lib. IV. ad Att.
& ultima lib. III. ad fratrem: Velt nolit, scire difficile est. PERSCRIBAS, } prescribere noluit Cice-
ro; rescripsit enim, Cum Pompeio nullis in alijs, nisi de rep. sermonibus uersatus sum: quae nec possunt scri-
bi, nec scribenda sunt. tantum habeto, ciuem egregium esse Pompeium, & ad omnia, quae prouidenda
sunt in rep. & animo, & consilio paratum. SVS VRATIONES } incertis auctoribus. nam, si quid ef-
fet certius, susurrations non essent, quae paucorum sermones sunt, sed rumores inter omnes. Paullo post:
Haec inter paucos secreto narrantur. APVD Bellouacos } cum quibus hoc anno bellum Caesar gesit.
Hirtius lib. IIX. bel. Gal. NE QY E haec incerta } neque tamen haec, quae sunt incerta, vulgo iactantur,
sed narrantur inter paucos, male in Caesarem animatos. Paullo ante: Susurrations dumtaxat uenient.
VULGO iactantur, } quibus de rebus dissipatus rumor est, eae res vulgo iactari dicuntur. Liuus lib. IX.
Ob haec vulgo iactata populus Romanus bellum fieri Aequis iussit. & lib. XXXIIX. Iactata sermonibus res
apud Romanos. Eodem uerbo in eadem sententia Caesar usus est lib. I. debel. Gal. Suetonius autem saepi-
sime. QYO S tuos } Caesaris inimicos, Bibulum, Catonem, Domitium, praecipuos optimatum du-
ces contra Caesaris Pompeijq. potentiam. quinquam Pompeius, qui Caesaris opes auxerat, easdem sero ti-
mens, de reuocando ex Gallijs Caesare cum optimatis cooperat cogitare. AT DOMITIVS } L.
Domitius Ahenobarbus, consularis, acerrimus Caesaris aduersarius. In praetura conatus est, quae consul
Caesar egerat, infirmare. quod cum obtinere nequississet, biennio post consularis candidatus palam mina-
tus est, consulem se effecturn, quod praetor non potuisset, adempturumq. ei exercitus. quo metu Caesar
operam dedit, ac perfecit, ut, detrudendi Domitij causa, Pompeius, & Crassus, consulatum peterent.
Suetonius. MANVS ad os apposuit, } eorum more, qui secreto aliquid narrant. Subaudiendum uide-
tur, quam haec libenter narrat. SVBROSTRANI } infimi ordinis homines, sub Rostris uersari so-
liti. Liuus humillimam plebem, forensem factionem, ac turbam uocat lib. IX. A Q. POMPEIO, }
Rufo, Sullae dictatoris ex filia nepote, P. Clodij familiarissimo, tribunus pl. anno proximo cum T. Mun-
tio Plancio, & C. Sallustio collegis, inimicissimas de Milone, ob Clodij necem, conciones habuerat, Cice-
roni etiam, quod Milonem defenderet, intuidam concitarat. damnatus est ipse primum, deinde Plancus,
quod eorum concionibus incensa plebs, Clodij corpore in curiam illato, curiam ipsam cremasset: quo igne
Porcia quoque basilica flagravit: ex quo non modo Sex. Clodium, eius auctorem seditionis, uerum & mul-
tos ex factione Clodiana, praecipue vero Q. Pompeium, & T. Plancum lege Pompeij Magni de ui condem-
natos esse, Dio, Pedianusq. declarant. Illud quasi ε' μασέγγω addam, Latinam Dionis uersionem emen-
dandum, in qua Pompeius hic Sullae sororis filius uocatur: cum dixerit Dio, οὐλούθητε, id est Sul-
lae ex filia nepos. idq. Pedianus, & epitome Liuiana lib. LXXVII. confirmat. pater eius, Q. Pompeij Rufo,
Sullae in consulatu collegae, filius, in seditione, a tribuno pl. P. Sulpicio excitata, occisus est. BALIS }
ubi Romanis exsulibus per leges licebat esse. hoc enim ius teste Polybio, foederatae ciuitates habebant; in
quibus fuisse Bauli uidentur, cum ab eo Neapolis, Praeneste, Tibur, propinqua Baulis opida, nominentur.
EMBAENETICAM facere, } ε' μετάναντι est nauem condescendere: ex quo, Embaenetica facere, pro con-
descendi artem exercere. maritima fortasse mercatura uictum sibi Pompeius exsul comparabat, ad inopia
redactus, ut ex eo, quod sequitur, liquet. Ut ego miserer eius exsuri. Sunt, qui malint, Embaticam: ut ma-
ritimum Pompeij latrocinium significetur: Δότος ε' μετάναντι: unde ε' μετάναντι, sicut ε' μετάναντι, & άναβά-
ται: & inde ε' μετάναντι potius, quam ε' μετάναντι. Turnebus legebat, Empinaeticam, a uerbo παραγαγει,
quod est exsurrexit: ut Q. Pompeium dicat exsuriendi artem facere. VT EGO misererer eius exsuri. ita
insertus est, ut eum in iudicio aduersus Corneliam, eius matrem, defenderit: quod eo laudabilius fuit, quia
Q. Pompeius, hoc ipso Coelio accusante damnatus, exsulabat. Vide Valerium Max. lib. IV. cap. 2. HOC
mendacio u. defungeneremur } pro, Defungeneris. amoris enim causa, quod unius Ciceronis erat, sibi quo-
que communicat, ex ueteri proverbio, Amicorum omnia communia. Defungitur autem is, qui euadit, &
periculo liberatur. Pro Roscio Amerino, pro Sextio: & Virgilius lib. VI. O tandem magnis pelagi defuncte
periclis. Optauit, igitur, ut defungeneremur, ut tuti iam essemus ab omnibus, si quae tibi impenderent pericu-
la: ut hoc mendacium finis, & quasi defunctionis esset omnium periculorum. PLANCVS. TVVS } inge-
nio Coelius fuit ad iocandum proclivus: quod & Quintilianus animaduertit in eius orationibus, & omnes,
quae nunc leguntur, ab eo scriptae ad Ciceronem epistole demonstrant. Tuus, hic dixit, cum ironia: quod
Plancus Bursa Ciceronis esset inimicissimus, nec iniuria, quod eo accusante, ut Dio tradidit, de ui con-
demnatus esset. Vel, Tuus, quod Ciceronem, in quem inueheretur, delegerat. operaepretiū est, legere, quae
de eo ad Mariuni scripsit, ep. 2. lib. XI. & ep. 10. lib. IX. & Philippica 13. frater fuit L. Planci oratoris, ad
quem sunt Ciceronis epistolae, & ipsius ad Ciceronem, lib. X. Pedianus in arguento Milonianae. RAU-
ENNIAE } Vmbrorum colonia fuit, strabone teste lib. V. in Gallia cispadana, quae Caesaris prouinciae
pars fuit; extra Italiæ terminos. nam Galliae prouinciae initium ad superum mare Rauenna fuit, ad
inferum Luca, ipsa quoque colonia, ut ostendit Velleius. Ut igitur Q. Pompeio Baulis, in foederata ciuitate
sic Plancus Rauennæ, quae colonia Latina fuit, non ciuium Romanorum, esse licuit. Latinæ enim
coloniae suis legibus, iisdem scilicet, quibus uetus Latinus, Romanae uero Romanis utebantur. CON-
GIARIO } munere. nam, quia congij mensura muneris populo primis temporibus datum est, hinc ad om-
nia munera, etiam pecunaria, Congiarij nomen transiit. Quod Ciceronis, Suetonij, Plinij, aliorum exem-
pla

pla significant. A CAESARE, } quod L. Planci frater esset, Caesaris in Gallia legati lib. i. & 5. de bello Gal. Nec beatus, } quod aeris alieni tantum antea contraxisset, ut, accepto magno congiario, mihi me tamen abundaret. Locupletes interdum Beatos & Cicero, & alij appellant. Nec bene instructus } tantum abest, ut beatus, ut nec bene instructus sit. Erat igitur similis duorum exsulum, Ciceronis ini-
micum, conditio; cum illum esurire, hunc bene instructum non esse, Coelius dicat. POLITI-
C I. LIBR I: sex libri, in quibus formam Cicero expresit eius reip. quae, ut apud Augustinum
in libris de ciuitate Dei scriptum animaduerti, a secundo Punico bello ad Ti. Gracchi tribunatum, id est
ad Africani minoris interitum floruerat: ipsamq. Africanum cum C. Laelio, M. Manilio, P. Furio Phi-
lio, consularibus viris, disputantem de optimo statu ciuitatis induxit; probauitq. ceteris rebus publicis
ideo Romanam antecellere, quod ex tripli genere, regio, optimatum, populari, temperata, nullam neque
domesticae iustitiae, neque bellicae rei partem desideraret: cum in singulis generibus aliquid inesset uti-
tiosum, quod exitium ciuitatibus afferre posset: confusis autem omnibus, perfectum quiddam exsisteret,
quo reip. salus, & incolumitas conservaretur. Appellat eos, de optimo ciuitatis statu, in primo de legi-
bus: de optima rep. in tertio. Scriptis eos ab exsilio restitutus, post Appium, & Domitium cos. in extre-
ma epistola 9. lib. i. ubi sua scripta commemorat, nullam omnino de his libris mentionem facit: puto, quod
absoluti non essent: institutos enim eo anno, uidetur indicare epistola 5. lib. iii. ad fratrem. Horum libro-
rum fragmenta, quasi tabulas naufragio disiectas, collegit diligentissime, natus ad illustrandam antiquita-
tem, omniq. prorsus ingenij, ac probitatis laude cum ipsa antiquitate conferendus, merito mihi: & sua vir-
tute, & singulari erga me studio carissimus, Carolus Sigonius: cuius etiam industriae, atque doctrinae no-
solum argumenta cuiusque de rep. libri, sed etiam obscurorum locorum, quicunque in omnibus Fragmentis
doctorem, lumenq. requirebant, explanationem uerissimam, ac disertissimam debemus. OMNIBVS
uigent. } Attico maxime: ad quem ep. 1. lib. vi. Cicero ita scriptis: Sextibris, tamquam praedibus, me ip-
se obstrinx: quos tibi tam ualde probari gaudeo. Et ad eundem, ep. 3. ibidem: Reliqua plena adhuc &
laudis, & gratiae, digna ijs libris, quos tu dilaudas.

Argumentum ep. 2.

M. Valerius Messalla ante annum consul fuerat cum Cn. Domitio Calvi-
no, creatus ex interregno, per ambitum, septimo anni mense, ut ex
Dione, & Appiano cognoscitur. accusatus de ambitu est, absolutusq. anno
ante quam consul fieret: de quo sic in epistola ultima lib. iii. ad Quintum:
Messallam, reliquosq. molestia leuatos, uehementer gaudeo: cumq. quod
certum consulem cum Domitio numeratis, nihil a nostra opinione dissentit.
Rursus eodem crimen in iudicium uocatus, euasit incolumis Hortensio
defendente. qua de re in ep. 12. lib. iv. ad Att. in libro autem de claris orato-
ribus ita loquitur Brutus: Hortensum magnum oratorem semper putauit,
maximeq. probauit pro Messalla dicentem, cum tu absuisti. Sic ferunt, in-
quam: idq. declarat totidem, quot dixit, ut auit, scripta uerbis oratio. Et
Valerius lib. v. cap. 9. sic: Hortensus Messallam, suae sororis filium, here-
dem habiturus, ambitus reum defendens, iudicibus dixit; si illum damnas-
sent, nihil sibi, praeter oculum nepotum, in quibus acquiesceret, superfatu-
rum; hac scilicet sententia, quam etiam editae orationi inseruit, filium po-
tius in tormento animi, quam in uoluptatibus, reponens. Idem poste retrahit
et in iudicium damnatus est: quod epistola Coelij quarta significat. De
absolutione igitur, quam nemo expectauit, de exsiliato Hortensio, Mes-
sallae patrono, de Marcelli consulis impetu sedato, de consularibus comitijs,
de suis in aedilitate competitoribus, de pantheris, de syngrapha Sittiana, de
commen-

commentarijs rerum urbanarum, breuiissime ad Ciceronem Coelius, &
suo more, familiarissime scribit. Tota negotialis est epistola.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 2.

CERTE, inquam, absolutus est. me represe[n]tante pronuntiatum est, & quidem omnibus or-
dinibus, sed singulis in uno quoque genere sententijs. uide
modo, inquis. non mehercules: nihil enim umquam tam
praeter opinionem, nam quod uideretur omnibus indi-
gnum, accidit. quin ego, cum pro amicitia ualidissime
sauorem ei, & me iam ad dolendum praeparasse; post-
quam factum est, ob stupui, & mibi uisus sum captus esse.
quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices
corripuerunt; & ostenderunt plane esse, quod ferri non
posset. itaque relictus lege Licinia, maiore esse periculo
uidetur. accessit huc, quod postridie eius absolutionis in
theatrum Curionis Hortensius introiit: puto, ut suum
gaudium gauderemus. hic tibi Streptitus, fremitus, clau-
mor, tonitruum, & rudentium sibilus. hoc magis animad-
uersum est, quod intactus asibilo peruenierat Hortensius
ad senectutem. sed tum ita bene, ut in totam uitam cui
uis satis esset, & paeniteret eum iam uicisse. De rep. quod
tibi scribam, nihil habeo. Marcelli impetus resederunt,
non inertia, sed, ut mihi uidebatur, consilio. De comitijs
consularibus incertissima est existimatio. Ego incidit in
competitorem nobilem, & nobilem agentem: nam M.
Octavius Cn. F. & C. Hirrus mecum petit. hoc ideo
scripti, quod scio te acriter propter Hirrum nuncium no-
strorum comitiorum expectatum. tu tamen, simul ac
me designatum audieris; ut tibi curae sit, quod ad pan-
theras attinet, rogo. Sygrapham Sittianam tibi com-
mendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi
L. Castrinio Paeto, secundum ei, qui has litteras tibi
reddet. Vale.

E X P L A N A T I O

CERTE, inquam, } quod inopinata res acciderat, quam uix Cicero crediturus esset, qui Messallam
corruptis pecunia comitijs factum esse consulem plane nosset, ab affirmatione orditur. Me represe[n]tante } sic aliquot antiqui libri: alij, Me represe[n]tare: nonnulli, Me prehensante: quod non dispi-
cet, putat aliquis, Matre prehensante: quae fuit soror Hortensij oratoris. ego nihil affirmo. PRO N V N-
CIA T V M . E S T , } latis sententijs, pronunciabat ex lege praetor, quod iudicium maior pars iudicasset.
maiore sententiarum numero uel absolvebatur, uel condemnabatur reus: si par erat, nihilominus absolve-
batur: quod oratio docet pro Cluentio. ex pronunciatione igitur praetoris, absolutum sententijs omni-
bus Messallam, cognitum est. ORDINIBVS, } Aurelia lege, quam Hortensio, & Metello cos. tulit
L. Aurielius Cotta praetor, tres ordines iudicare cooperunt, senatores, equites, tribuni aerarij: cum equites
antea lege Cornelii L. Sulla per annos decem turpiter iudicassent. Pedianus, & in nostro de Romanis le-
gibus libro copiose. VIDE modo, inquis, } dum nimis amat breuitatem Coelius, obscurat saepe sen-
tentias: quod in Thucydide uitium Cicero notauit. uidetur tamen fingere dicentem Ciceronem: Vide mo-
do, Coeli: non de Messalla bene homines existimat? non eius patet innocentia? Respondet Coelius:
Non mehercules, &c. VALIDISSIME, } pro, Valdissime. nam, Valde fita Valide. Vnicum adhuc
inuenimus exemplum, quod recitat Carisius ex D. Hadriani orationum XII. A uobis, inquit, P. C. peto, &
imperatum ualidissime cupio, ut proxime imaginem Augusti argenteum portius clupeum, sicut Augusto,
ponatis. AD. D O L E N D V M ; ut eius uicem doleret, eq. dolorem nivem uultu & uerbis declararem: quod
officium amicitia postulat. CAPTVS, } ut ijs, qui capiuntur, itidem mihi, rei nouitate, & huiusc non ex-
spectato iudicij euenter, perculsus, affectusq. animus est. prorsus me stupor oppressit. CORRIPVERVNT, }
reprehenderunt, sic locutus ep. 9. RELICTVS lege Licinia, } de ambitu absolutus, cui poenam irroga-
bat Licinia lex. MAIORE periculo, } elapsus enim priore iudicio non sua innocentia, sed iudicium sor-
dibus, accusabitur de corruptis iudicijs, maiote periculo, quam de ambitu. damnatum ostendit epistola
quarta. POSTTRIDIE . EIVS absolutionis, } Postridie eius diei, dixit Sulpicius ep. 12. lib. IV.
& Caesar lib. 1. bel. Gal. Postridie ludos, Cicero ad Atticum: Postriduo, pro Postridie, Plautus: Post-
ridie, simpliciter, Cicero. THEATRV M Curionis, } non erit huius theatri, quod in funebri pa-
tris munere Curio dedit, iniuncta cognitione. sic enim a Plinio describitur lib. XXXVI. cap. 15. Theatra duo
iuxta fecit amplissima, e ligno, cardinum singulorum, uersatili suspensa libramento: in quibus utrisque,
antemeridiano ludorum spectaculo edito, inter se secesserit, ne in uitio obstreperent scenae, & repente
circumactis, ut contra starent, postremo iam die descendantibus tabulis, & cornibus inter se cocuntibus,
faciebat amphitheatrum, & gladiatorium spectacula edebat. HORTENSIVS, } quo defendente im-
punitatem Messalla erat asseditus. auunculum eius fuisse, & Valerius ostendit lib. V. cap. 9. & Plutarchus
in Sulla. VT, SVVM gaudium gauderemus, } ut sua laetitia lactaremur. sic & Saltare saltationem, in
oratione Scipionis Aemiliani contra Ti. Gracchum, apud Macrobius lib. IIII. Sat & Dolere dolorem, &
similia. HIC, TIBI, } pro, Tunc, nam, Tibi, ornamenti causa possum, ut ep. 2. lib. IX.
TONITRV M, } cum est strepitu, fremitu, clamore quiddam tonitrui simile fieret, RUDENTVM, }
rudere, aliorum more, homines solent, cum aliquem contumelioso ludibrio uexant. SIBILYS, }
cum & ruderent simul, & exhibilarent Hortensem, fortasse autem, Rudentum filius, ideo coniunxit
Coelius.

Coelius, quod illud Pacuvij memoria teneret, Rudentisibilis, notatum a Varrone lib. iv. de lingua Lat. antiquitatem enim paullo etiam magis, quam decuit, imitari Coelio placuit: quod a Tacito, & Quintiliano reprehensum videmus. INTACTVS a sibilo { ingredientes in theatrum sibilo excipiebantur, de quibus bene populus non existimaret, de quo in oratione pro Sextio: Qui rumore, & fauore populi tenerur, & datur, plausum immortalitatem, sibulum ei mortem uideri necesse est. Et ad Att. ep. 19.21. lib. 2. VICESSE, obtinuisse, ut Messala absolueretur. MARCELLI, consulis. IMPETVS} de successore Caesari in Gallias mittendo. ep. 1. RESEDERVNT, quiueerunt, sedati sunt. Tumor animi refedit, in Tusculana 3. CONSILIO, quod, aduersari suis consiliis alterum consulem Sulpicium cum intelligeret, exitum rei desperaret, ait enim in Iulio Suetonius: Summa ope Marcello restitit, partim per Ser. Sulpicium, alterum consulem, partim per intercessores tribunos. Et Epitome Liuiiana lib. cxi. Contentiones inter consules de successore C. Caesari mittendo. Hirius autem lib. 11x. de bello Gallico: Cum de Caesaris prouincijs Marcellus ad senatum retulisset: senatus eum discessionem facientem frequens reliquit. Cicero etiam ep. 1. 2. 3. lib. 1 v. ait eum defensorem pacis in consulatu suisse. INCERTISSIMA est existimatio, prolsus ignoratur, qui consules futuri sint. Ego, petebat hoc anno Caelius, & obtinuit aedilitatem. NOBILEM, C. Hirrum, qui nondum aedilicus auguratum cum Cicerone consulati petere ausus erat. NOBILEM agentem, non uere nobilem, sed qui se nobiliter fingeret. M. OCTAVIVS, qui cum Coelio aedilis curulis uidetur creatus, epist. 21. lib. v. ad Att. C. N. F., patris nomen addit, ut eum Cicero agnoscat. ex quo patet, de eo dici, non de Hirro, Nobilem agentem. C. HIRRUS, Luceiae gentis, nominatur in senatus consulto, ep. 8. PROPTER Hirrum, cuius repulsa nuncium audeat exspectari scio: cur? quia Ciceronis competitor fuerat in auguratu, ep. sequenti, & 9. PANTHERAS, quas e Cilicia mitti a Cicerone cupiebat, ut eas populo suis ludis daret, binos ludos aediles dabant, Megalchia, & Romanos: in quibus uaria bestiarum genera, maximeq. si possent, inuisitata, quo populus iucundiore spectaculo frueretur, offendebant. in ijs panthereae fuere, Africane, & Graecae, idest ex ijs regionibus aduictae, quarum incoleae Graece loquerentur: in quibus Cilicia, Ciceronis prouincia fuit. ideo ep. 6. Turpe, inquit, tibi erit, pantheras Graecas me non habere. ep. 4. 6. 8. 9. & ep. xi. lib. 2. & ep. ultima lib. v. ad Att. prima lib. 6. ad eundem. SYNGRAPHAM Sittianam, ex qua exigeretur a Sittio pecunia, quam in aedilitatis impensas Coelius erogaret. ep. 4. 8. 9. COMMENDO, ne solutio differatur.

Argumentum ep. 3.

PRINCIPUM epistolae morale est. significat enim Coelius & suam in scriptendo diligentiam, & quo Ciceronis absentis desiderio teneatur. Deinde ad negotia sermonem conuertit. Se certiorum Hirro candidatum esse ait. Philotimum absenti Miloni satisfacturum: ualde sibi gratum fore, ut eum suis Cicero scriptis ornnet.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 3.

EST ne? uici, & tibi saepe, quod negaras discedens curaturum, litteras miro? est, siquidem perfervuntur, quas do. atque hoc eo diligenter facito, quod, cum otiosus sum, plane ubi deletem otiolium meum, non habeo. tu cum Romae eras, hoc mihi certum, ac iucundissimum uacanti negotium erat, tecum id otij tempus consumere: idq. non mediocriter desidero: ut non modo mihi solus esse, sed Romae, te profecto, solitudo uideatur facta: & qui, quae mea negligenter est, multos saepe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc, quotidie non esse te, ad quem cursum, discrucior. maxime uero, ut te dies, noctesq. quaeram, competitor Hirrus curat. quo modo illum putas, auguratus tuum competitorem, dolere, & dissimulare me certiores, quam se, candidatum? de quo, ut, quem optas, quamprimum nuncium accipias, tua medius fidius magis, quam mea causa cupio. nam mea, si fio, forsitan cum locupletiore referam: sed hoc usque eo

sua est, quod, si acciderit, tota uitaris nobis deesse non poterit. sed tenui? sed mehercules. non multum M. Octavius eorum odia, quae Hirrum premunt, quae permulta sunt, subleuat. Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis, attinet: dedimus operam, & Philotimus quem honestissime Miloni absenti, cingi necessarij satisfaceret; & secundum eius fidem, & dulitatem aestimatio tua conseruaretur. Illud nuncate peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curae esse, ou' r' ex p'z' confribas. qui ibi istuc, inquis, in mentem uenit, homini non inepio? aliquid ex tam multis tuis monumentis existare, quod nostra amicitiae memoriam posteris quoque prodat. cummodi uelim, puto quaeris. tu ap' ins, qui omnem nostram disciplinam, quod maxime conueniat, extogitabis, genere tamen, quod & ad nos pertineat, & didicimur. quandam, ut ueretur inter manus, habeat. Vale. EXPLA-

EXPLANATIO

EST. NE? quam acuto, atque urbano Coelius ingenio fuerit, ex epistolarum principijs intelligitur: salis enim aliquid omnia fere habent. Est ne? inquit: non id praestet, quod tibi discedenti promiseram, quod tu fore negabas, ut crebro litteras mitterem? **V**ICCI, quasi contentio fuerit inter eos, cum Coelius de litterarum crebritate affirmaret, Cicero negaret. **D**ELECTEM otolum meum, quam ratione, quod uacui temporis conceditur, iucunde traducam, non habeo. Otiolum uocauit, ut occupationes ostenderet suas, de quibus etiam in ep. I. **V**ACANTIS non occupato, cum uacarem a negotijs, cum uacuus essem. sic Cicero in ep. 30. lib. XII. **I**D. OTII. **T**EMPVS id temporis, dum otiosus eram. **S**ED. **R**OMAE, ut non mihi soli, sed uniuersae ciuitati, te absente, solitudo uideatur esse. **E**T. **Q**VI, quae mea negligentia est, multos saepe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc, quotidie non esse te, ad quem cursum, discrucior. Plautina sententia in Capt. Tum denique omnes nostra intelligimus bona, Cum, quae in potestate habuimus, ea amissimus. **C**VRAT. argute. nam, quia cum Cicerone coram de Hirro iocari, eiusq. ineptias, ac stultitias ridere cupiebat, ideo Curat, inquit, Hirrus, ut te dies, noctesq. quaeram. Plus autem est, Curat, quam, Facit, aut causa est: quasi dicat: in hac petitione ita multa agit incepit, ita stulte, ut curare de industria uideatur, ut ego tecum sim, quo illum ridere possimus. **A**VGVRA TVS augur Cicero fieri noluit ante exsulium suum: reuersus in patrum, ne calamitas dignitatem eius minuisse uideretur, studuit quamornatissima senatus, populq. Romani de se iudicia intercedere: quod ipse ad Catonem scribit ep. 4. lib. xv. Augur autem in locum P. Crassi, Marci filij, a Parthis interfecit, creatus est, Plutarcho teste: nominatus, de more, a duobus auguribus, Pompeio Magno, & Q. Hortensio oratore. Philippica 2. & in Bruto, qui fuit annus urbis DCC, Domitio, & Messalla cos. **N**AM. **M**EA, nam mea quidem causa ideo minus cupio, quam ma, quia, si aedilis siam, forsitan cum locupletiore referam: id est, cum aliquo siam, qui diuitijs Hirrum superet. quod e re mea non erit, opibus enim certandum erit in sumptu ludorum, Aediles cur, ludos dabant magnificentissimos. lib. 2. Off. & pro Murena: & Valerius Max. **H**OC ut ille repulsam ferat. **S**ED. **T**ANTI tantine, dices, hoc est, ut, si acciderit, propter ea nobis tota uita risus decise non posset? mehercule tanti est. ita enim multa, quae merito rideantur, quotidie committit, ut inde nobis perpetuam ridendi materiam capere licet. **E**ORVM odia, quae Hirrum premunt, si dixisset, Ea odia, usitate dixisset: cum uero dixerit, Eorum; Latini sermonis ratio, Qui, postulat, potius quam, Quae. Sed est hoc Codianum dicendi genus, id est plane durum, & asperum, notatum etiam, ut iam ostendimus, a Quintiliano, & Tacito. Eandem soloecisini speciem agnosco in epistola sequenti, cum dixit: In euitandis his consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum. Quo in loco postulabat usus Latinae linguae, In euitandis eorum consiliis. Verum, qui ea legerit, quae de Coelij eloquentia, ante huius libri interpretationem, ex antiquorum testimonio praeferat sumus, accuratam a Coelio dictio nem ualde non expectabit. **S**YBLEVAT. licet Octavius gratia non ualeat, non ideo tamen sit, ut ea, quae Hirrum premunt, odia minuantur. optabile solet esse, ut competitorem non gratiosum habeamus, quo facilius ad nos populi studium inclinet. hoc Hirro contigit, ut inops ab amicis, & existimatus Octavius: nec tamen ideo, quae Hirrum premunt, odia leuantur. **A**D. **P**HILOTIMI. **L**IBERTI. T. Annii Milo, quo tribuno pl. praeter ceteros adiuuante in patria ab exsilio Cicero redierat, anno proximo de ui reus ob necem P. Clodij, cum legis poenam, id est exsulium, bonorumq. omnium publicationem timeret, cepit hoc, auctore in primis Cicerone, consilium, ut, si iudicio damnaretur, quam damnationem publicatio bonorum sequebatur, eius bona Philotimus, Terentiae Ciceronis libertus, in auctione emeret, ea condicione, ut, si quando ipse recuperandi facultatem nactus esset, Philotimus restitueret, ipsiq. Philotimo tantum pro fide, ac sedulitate, quasi mercedis loco, Milo persolueret, quantum Cicero aestimasset. quod Coelius a se curatum scribit, Ciceronis, opinor, litteris rogatus, ex itinere missis, nam Brundisij cum esset, hac ipsa de re sic ad Atticum scripsit ep. 8. l. v. Romae acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras iniuriam meam, quod Philotimus socius esset in bonis suis. id ego ita fieri uolui, de C. Duroni sententia, quem amicissimum Miloni perspexeram. Et paullo post: Philotimus, ut ego ei coram dixeram, mihiq. ille receperat, ne sit inuito Milone in bonis. Nunc ad Coelij uerba ueniamus. **L**IBERTI: Terentiae, Ciceronis uxoris. ep. 4. & 5. lib. vi. ad Att. & alibi. **O**FFICIVM, in conseruandis Milonis bonis magna fide, ac sedulitate. **B**ONA. **M**ILONIS ut Miloni restituerent: quod & ad Atticum antea, ut ostendi, &, opinor, ad Coelium scriperat. **D**EDIMVS OPE RAM, tum, ut Ciceroni obsequeretur, id per litteras roganti; tum etiam, quia Milonem ipse diligebat: quem antea tribunus pl. de ui reum, ob necem Clodij, defendit acerrime. Cicero pro Milone, Pedianus. **Q**UAM HONESTISSIME fuit enim honestissimum, ac maxime decuit, ab eo satisficeri Miloni absenti, id est ea restitui, quae, cum Milonis damnati bona in auctione uenirent, emerat. sic lib. 2. Off. Existimauit, honestissime molestias deponi posse, si me ad philosophiam retulisse. **M**ILONI. **A**BSENTI, Massiliae exsulabat. Pedianus, Dio, & alij. **E**IVSQ. **N**ECESSARIIS ad quos Milo scripserat, ut, a Philotimo sua bona redimerent. uide epist. 8. l. v. ad Att. ex qua epistola satis constat, ipsum etiam Ciceronem partem Milonis bonorum, emptam in auctione, posse dñe: de qua parte recuperanda non uidetur Milo labore, uel amicitiae causa, uel quod pecunijs, ut ar-

Tt bitor,

bitror, non abundaret. AESTIMATIO. TVA} aestimauerat Cicero, quantum Philotimo pro eius fide, ac sedulitate Milo daret: idq. ipse Philotimo promiserat; itaque sic ad Atticum scribit: Stutes, ut ex fide, fama, req. mea uidebitur. quo in loco uide quae diximus in Commentario. ALIQUOD
 σωταγμα; si Latine uertas, proprie σωταγμα compositio est, a σωταγμα liber significatur accurate scriptus. nam οπορημα, Latine commentarius, ex tem pore, & line studio conficitur. ep. 14 lib. xii. ad Att. Ego hic duo magna σωταγματα absolui. Quo loco duos Academicos, & quinque de Finibus libros indicat. Et Simplicius εν τη αποστολη αριθματικα, και σωταγματικα ait esse σπουδαιοτερα. HOMINA non inepti? cum ioco dixit: quasi, qui aliena industria sui noininis fama quaerat, non incepit omnino sibi MONUMENTIS} scriptis, alibi, Litterarum monumenta, annalium monumenta. EXSTARE, subauditur, in mentem uenit: idest, ideo uenit hoc in mentem ut exstaret aliquod e scriptis tuis, quod posteris etiam nostram amicitiam declararet. NOSTRAE amicitiae} artificium, ut impetrat. non inquit, me gloriae studium, sed testificandae apud posteros amicitiae nostrae cupiditas in hanc mentem adduxit. OMNEM nostri disciplinam,} omnem doctrinam scientia comprehendisti. GENERE} quod argumentum deligas, monendus non es: genus tamen id sit, quod nec a mea persona alienum uideatur, & aliquid doceat, quo libentius legatur.

Argumentum ep. 4.

Varium est, si spectentur sententiae, huius epistolae argumentum: si genitus, totum negotiale. nam de Messalla damnato, quem ante scripsit absolutum, de C. Marcelllo consule designato, M. Claudio absoluto, Dolabellam xv. uiro creato, Lentulorum repulso, condemnato Seruio tribuno pl. designato, Curione eius locum petente, Coelius significat. adiungit de comitiis & praetoriis, & suis aediliciis: quid actum sit in senatu, quem in Caesarem Pompeius animum ostenderit. claudit epitolam commendatione rerum suarum.

M. Coelius S. D: M. Ciceroni. 4.

INVIDEO tibi: tam multa quotidie, quaemire e, istoc perfruntur: primum illud, absolutum Messalam, deinde eundem condemnatum: C. Marcellum consule factum: M. Clodium a repulsa postulatum a Gallis duobus: P. Dolabellam x v. uiurum factum. loci non inuideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo, & Lentuli Curoris repulsi uulnus non uidisse. at qua se, quam certa opinione descendebat & quam ipso diffidente Dolabella & hercules, nisi nostri equites acutius uidentur, paene concedente aduersario superasset. illud te non arbitror miratum, Seruum, tribunum pl. designatum, condemnatum: cuius locum C. Curio petijt. sane quam multis incutit, qui eum, facilitatemq. eius non norunt, magnum metum. sed, ut spero, & uolo, & ut se fert ipse bonos, & seruum male. totus, ut nunc est, hoc scaturit. huius autem uoluntatis initium, & causa est, quod eum non mediocriter Caesar, qui solet infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere, ualde contempnit. qua in re mibi uideretur illud per quam uenuste cecidisse, quod a reliquis quoque usq. eo est animaduersum; ut Curio, qui nihil consilio facit, ratione, & insidijs usus uideretur in exitandis his consilijs, qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum: Laelios, & Antonios, & id genus ualentes dico. Has ego tibi litteras eo maiore misi intervallo, quod comitorum dilationes occupatiorem me habebant, & expectare in dies exitum cogebant, ut cor f. etis omnibus, te facerem certiorem ad Kal. Sext. usque exspectari. praetoriis morae quedam inciderunt. mea porro quem euentum sint habitura, nescio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem aedilium pl. comitiis natia sunt. nam M. Coelium Vicinianum mentio illa satua, quam deriseramus olim, & promulgatio de dictatore subito deiecit, & deinceps magno clamore insecura est. inde Hirrum cum iam, non faciendum, flagitare. spero te celeriter, & de nobis, quod sperasti, & de illo, quod uix sperare ausus es, auditur. De rep. iam noui quidquam exspectare desieramus. sed, cum senatus habitus esset ad Apollinis ad x i. Kal. Sext. & referretur de stipendio Cn. Pompeji; mentio facta est de legione ea, quam expensam traxit C. Caesari Pompeius, quo numero esset, quo appetebatur: cum, ex Gallia, coactus est dicere Pompeius, selectionem abducturum, sed non statim sub mentionem, & conuicium obrectatorum. inde interrogatus de successione C. Caesaris. de qui, hoc est de prouincijs, placitum est, ut quamprimum ad urbem reuerteretur Cn. Pompeius; ut coram eo de successione prouinciarum ageretur. nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iterus, & statim iit. puto idibus Sext. de ea refactum iri, profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. nam in disputando coniecit illam uocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatui dicto audientes esse. ego tamen sic nihil

se nihil expetet; quo modo Paulum eos. des primum resq. mibi ut uehantur. Praeterea nunciatum nobis, & sententiam dicentem. Saepius re ad non eo de syngrapha pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Sittiana: cupio enim te intelligere, eam rem ad me ualde quid mibi suadeas, quo modo regnum illud se habeat, pertinere. item de pantheris, ut Cibyratas accersas, cu- quis procuret, diligenter mibi perscribas. Kal. Sext. Vale.

EXPLANATIO

M E S S A L L A M: de quo epist. 2. Cognomen a Messana capta: ideo scribitur geminata l, quod lapis des Capitolini ueteres, praeterea nummi seruant: idq. postulat analogia: Sic enim a Messana deducitur Messalla, ut a Corolla Corolla, Catena Catella, Fiscina Fiscella. **C O N D E M N A T U M :** ideo dixit epist. 2. Relictus lege Licinia, maiore esse periculo uidetur. **C. M A R C E L L U M :** M. Marcelli, ut ait Suetonius, fratrem patruellem; quem nemo consulem expectabat ex quo illud in epist. 2. De comitijs consularibus incertissima existimatio est. **M. C L A U D I U M :** M. Claudius consul erat hoc anno cum Ser. Sulpicio, itaque nec in eum repulsa, nec accusationis mentio conuenit, nisi si alium M. Claudium putemus intelligi, quod si ita esset, omnino distinguendi gratia, uel cognomen, uel patris praenomen, uel notam ali quam Coelius addidisset, placet igitur, quod Corradus sensit, Calidium, pro Claudio, & Gallijs, pro Gallis, ut sit M. Calidius orator, a duobus fratribus Gallijs accusatus, quod eo uerisimilius uidetur, quia ipse quoque eorum alterum Q. Gallum, accusauerat, quem Cicero defendit. constat ex libro declaris oratoribus: in quo sunt haec: Memini, cum M. Calidius in accusatione sua Q. Gallio criminis dedisset, sibi eum uenenum parauisse, idq. a se esse deprehensum. idem legimus in Valerio lib. II x. cap. 10. idem hic epistola 9. Coelius significat his uerbis: Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Sunt, qui legant, A Gallijs duabus: & M. Claudium putant ab ulteriore, & citeriore Gallia accusatum, in quo primum discedunt & a Mediceo, & plane a scriptis omnibus libris, in quibus est, Duabus, non Duabus: deinde nulla nituntur historia, nam, si accusatur a prouincijs, certe repetundarum. utrique igitur Galliae praefuerit, necesse est, quod nemo prodidit. nec omnino cuiquam, ante C. Caesarem, administracionem utriusque Galliae mandatam existimo. **P O S T V L A T U M :** reum factu. ep. 6. 8. 12. A R E P V E S A: post repulsam consulatus, praetor enim Calidius fuerat Lentulo & Metello eos. oratio demonstrat in senatu habita post redditum. **P O S T V L A T U M :** fortasse de ambitu: Siquidem post repulsam postulatus est. **D O L A B E L L A M :** Corneliae gentis, patriciae; qui postea gener fuit Ciceronis, accusauit Appium de ambitu. ep. 6. **X V I R U M :** Xv uiri custodiebant libros Sibyllinos, a Cumaea Sibylla, Pri- fico regnante, Romam allatos. fatales vocabantur, quod fata, id est immutabilis Iouis voluntatem, praedicerent. ad eos, quasi ad Oraculum, XV uiri adibant, cum dij immortales publice consulendi essent. histrio Gellius lib. I. cap. 9. ex antiquis annalibus exposuit. Dio lib. 39. Sacerdotes nominat custodes horum uersuum, Cicero interpretes, lib. I. de Diuin. Quo in loco decemuiri, non quindecimuiri, appellantur. sed ueritatem aperit distinctio, nam superioribus temporibus decemuiri Sibyllinos libros custodiebant, Cicero nis aetate, atque etiam post aliquot sacula quindecimuiri, quod Ausonij poetac in Grypho, uersibus constat: Atque trifatidicae nomen commune Sibyllae, Quarum tergeminis fatalia carmina libri, Quos terquincrum seruat cultura uirorum. Suetonius fatales libros uocat. **L E N T U L I C u r i s :** fortasse is est, qui anno sequenti consul designatus est. potuit enim & Crus, & Crisculus nominari. **D E S C E N D E R A T :** in campum Martium, ubi comitia creandis sacerdotibus lege Atia fiebant: cum eam potestatem T. Atius Labienus a collegijs ad populum transtulisset. qua tota de re diximus in libro de Legibus. **N O S T R I equites :** quorum studia Coelius amicissimo suo Dolabellae adiunxit. Nostri, autem, quia Coelius, & Cicero equestri loco nati, id est parentibus, qui supra equestris ordinis gradum, id est ad senatoriam dignitatem numquam ascendissent. **T R I B U N U M pl. designatum :** ergo comitia tribunicia ante praetoria, & aedilicia fiebant; quae nondum esse facta, paullo post manifestum est. ante consules etiam designabatur tribuni pl. quod epistola prima ad Atticum testatur. primi. omnium magistratum inibant iv. id. Dec cum reliqui omnes magistratus Kal. Ian. **C O N D E M N A T U M :** de ambitu, quod tribunatum pl. largitione consecutus esset. **M A G N U M metum :** quod inquieto esset ingenio, et ab eloquentia paratus. Coelius tamen, eum propter amicitiam excusans, ait: Qui eum, facilitatemq. eius non norunt. **V T S E fert ipse :** ut se ostendit, ut uidetur. **B O N O S , & senatum :** quos primo tribunus pl. defendit: mox ad Caesaris partes transiit, corrupebat, Appiano teste, amplius & D. talentis ep. 6. **V T N V N C B S T :** sic Cicero, ad Atticum: Si manebo: &, ut nunc est, mansurae uidetur. **H o c scaturit :** quasi ebullit hanc rem, ut Seruji locum obtineat, proprie solum scatere fontibus dicitur: sed cum accusandi casu ueteres interdum usi sunt. Plautus in Per. Id tuus scatet animus. Lucretius & cum genitivo usus est lib. v. Terra scatet ferarum. Similiter lib. v. de Fin. Cicero: Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnumquam. **I N T I V M , & causa :** ideo tribunatum pl. petit, ut contra Caesarem agat, a quo contemptus est: cum antea tribunatum minime cogitauerit. quod Cicero significat ep. 6. lib. 2. in eo loco, Cum te tribunum pl. isto anno fore non putarem. **I N F I M O R V M hominum :** plebem sibi, tribunosq. pl. Caesar adiunxit, quod intelligeret optimates cum Pompeio sentire. ep. 14. In hac discordia, inquit, video Cn. Pompeium senatum, quiq. res iudicant, secum habiturum; ad Caesarem omnes, qui cum timore, aut mala spe uiuant, accessuros. Quamquam non infimos tantum homines, uerum etiam sequentis anni consulem L. Aemilium Paullum magna pecuniae ui, qua basilicam Aemiliam exstru-

xit, ad suam causam traduxit. **V A L D E** } cum dixerit, Non mediocriter, cur subiungit, Valde fortasse, ut magis augeat; ut cum dicebant, uchementer etiam, atque etiam. **C O N T E M P S I T.** } maiorem pensa, Curione tribuno pl. cum cum quoque, minime cum infimis conferendum sibi posset adiungere. **P E R Q U A M nūnūste cecidisse,** } omnes libri veteres, etiam Mediceus, Cecinist. unus tantum, Cedisse placet, Cecidisse: ex more Latine loquendi. **V S Q U E B O** } uidetur dictum pro, uchementer. **N I H I** consilio facit, } fuit enim ingenio turbulentio, de quo Velleius: Curio eloquēs, audax, suae, alienaeq. & fortunae, & pudicitiae prodigus, ingeniosissime nequam, facundus malo publico. huius animo, voluptatis, uel libidinibus, neque opes uliae, neque cupiditates sufficere poterant. Et Suetonius violentissimum tribunorum appellat. **R A T I O N E , & i n s i d i s &c.** } si uel unus suffragaret antiquus liber, legerem libenter; Ratione, & consilio usus uideretur in exitandis eorum insidijs. Quo modo locutus est lib. vii. in Verrem; Laborem itinerū facilem sibi, & iucundum ratione, consilioq. redditum. **H I S c o n s i l i j ,** } cum se quatur, Qui, rectius uideretur, Eorum consilijs, quid agas? Coelianum est. Similiter dixit in proxima epistola, Eorum odia, quae Hirrum premunt: pro, Qui Hirrum premunt. **A D V E R S A R I O S** } postea, cum ab optimatibus ad Caesarem Curio desciusset, ita in gratiam redire, ut Curionis maxime tribuni pl. opera auguratum Antonius obtinuerit. de quo in Philippica 2. **L A E L I O S , & Antonios ,** } cum de Caesarianis loquatur, qui Curioni, Caesaris inimico, (ut quidem tunc aut erat, aut uidebatur) in petitione tribunatus aduersarentur; malim, Lollios, pro Laelios, nam Laelij Pompeiani: quod ex libris Caesaris de bel. ci. cognoscitur. Antonius autem quaestor Caesaris erat in Gallia, & post annum tribunus pl. aceritate Pompeianis Caesarem oppugnantibus, restitit, intercessitq. ne S.C. de Galliarum successione fieret. Nostram opinionem de Laelij in Lollios mutandis adiuuat locus epistolae 3. lib. v. nam ubi, Lollium, legitur, non desunt scripti libri, qui habeant, Laelium, errorem creante nominis similitudine, & quod notiores Laelij, quam Lollii. **I D . G E N V S u a l e n t e s** } pro, eius generis. Valentes autem vocat, animo, & uigilantia praestantes. **I N . D I E S** } designatis enim iam tribunis pl. & consulis, reliquorum creatio magistrorum duci ualde non poterat. **P R A E T O R I S** } praetoria comitia fieri statim post consularia solita sunt: sed obstitit nescio quid, auspicia quidem impedimento esse non potuere: cum praetoria, ut lib. xii. c. 14. docet Gellius, ijsdē, quibus consularia, fierent; consularia uero facta iam essent. **M E A . P O R R O** comitia quem euentum sint habitura, } sic antea in orationibus impressis, nos uocem Comitia, sustulimus; quae subintelligitur; ut etiam cum dicit, Praetorijs morae quaedam inciderunt. **O P I N I O N E M** incredibilem } optima signa uidimus propenae in me, alienae autem ab Hirro populi voluntatis. **A E D I L I U M P L.** } qui ante eurules ideo creabantur, quod quasi tribunorum pl. ministri ab initio essent instituti, ut Dionysius, & alij testantur. quod si tribunorum pl. causa creati; consentaneum est, ut statim post eos crearentur, id est ante consules, & reliquos magistratus. **N A C T A s u n t .** } quia candidati, antequam sua comitia fierent, aliorum quoque magistratum comitijs presabant, ut populi voluntatem elicerent; qua perspecta, uel confirmarentur in spe, uel, si quid est aduersum intelligerent, aliqua ratione mederentur: propterea comitijs tribunicij, qui candidati consulares erant, presarunt Galba, Antonius, Cornificius; quod in epistola ad Atticum prima scriptum est. Sic igitur & Coelius, Hirrusq. cum aedilitatem curulem peterent, aedilium pl. tamen comitijs presarunt. **C O E L I U M V i c i n i a n u m** } adoptatum in Coeliam gentem; cum ex Vicinia natus esset. uerum, ne calem quod sentio, Licinianum, una tantum littera immutata, potius quam Vicinianum, legendum existimo, adductus in hanc opinionem primum hoc argumento, quod hic, qui de dictatore Pompeio cogitauit, uarie nominatur, Lucilius a Plutarcho, Vicinianus ab Hirro lib. iv. de bello Alexandrino, Crassus Iunianus ab ipso Cicerone ep. 8. lib. iii. ad Q. fr. & in Siganij ueteri libro, Memmianum, non Vicinianum, legi video: ut ipsa varietas mendis suspicionem aferat: deinde, quod, cum Crassus Iunianus a Cicerone appelletur, & Crassus Liciniae gentis cognomen fuerit, licet intelligere, uel eum ex Licinia gente, uel in Liciniam adoptatum, unde Crassi cognomen accepit. In Liciniam, qui potest cum Coelius appelletur: non enim duarum familiarum nomina simul ponuntur, ergo ex Licinia in Coeliam: ut sicut Coelius Licinianus Crassus, ueteri cognomine conseruato: ut Scipionis cognomen retinuit is, qui Magni Pompeij socer una cum eo consulatum gesit; cum tamen, a Q. Caecilio Metello Pio, ut Dio scripsit, adoptatus, ab adoptio patre praenomen, nomen, cognomen sumplisset. itaque in S. C. quod Coelius ep. 8. Ciceroni misit, Q. Caecilius Metellus Pius Scipio uocatur. & M. Lucullus, Lucij Luculli, qui de Mithridate, ac Tigrane triumphauit, frater confobinus, qui consul fuit cum C. Caesio Varo, cum ex Liciniis in Terentios transiisset, ueteri cognomine Lucullus, nouo autem Varro nuncupatus est. Sed, ut nouo praenomine semper, ueteri abiecto, sic ueteri cognomine non illi quidem semper, sed frequentius, quam nouo, utebantur. exemplo sunt, ne alias quaeramus, ij duo, quos proxime nominavimus: quorum alterum semper Lucullum, numquam Varronem, alterum scipissime Scipionem unico cognomine, interdum gemino Metellum Scipionem, numquam Metellum simpliciter uocatum meminimus. Accedit ratio temporum, ut idem esse uideatur, qui nunc aedilitatem cum Hirro petit, & qui tribunus pl. a codem designatus est in ea ad Quintum epistola. Ergo & hic, Coelium Licinianum, non Vicinianum, & in epistola ad Quintum, Crassum Licinianum, non Iunianum, rectius legi crediderim, aequis tamen iudicibus tum hoc, tum omnia, quae a nostra proficiscuntur industria, libenter committimus. Cum haec scripsisem, ostendit mihi uir eruditissimus Fulvius Vrsinus nummum argenteum, in quo mentio fit Coelij Viniciani: alterum, in quo P. Crassus Iunianus, fortasse potest hic esse P. Coelius Crassus Iunianus, qui ex Iulia Crassorum gente adoptionis iure transierit in Coeliam. **P R O M V L G A T I O** de dictatore } Domo- tio, & Appio cos. cum magnis candidatorum consularium contentionibus extracta in annum sequentem comitia

comitia essent, desperata propemodum concordiae spe ortus est de dictatore sermo: quod unicū difficili-
mis reip. temporibus remedium maiores inuenierant. nec dubium, quin Pompeius crearetur, honoribus, &
rerum gestarum gloria clarissimus. de quo sic ep. 8. l. III. ad fratrem: Res prolatae: ad interregnum comitia
adducta: rumor dictatoris, iniunctus bonis. Pompeius plane se negat uelle. antea ipse mihi non negabat.
uelit, nolit, scire difficile est. Dictaturam tamen ab eo recusatam, Dio significat lib. XL. Appianus eum,
suo more dissimulanten, verbis quidem dictaturam recusasse, re ipsa cupiſte, lib. 2. de bellis ci. narrat. idem
& Plutarchus. **S V B I T O** deiectus, } subaudiendum, aedilitate: ut in oratione pro Murena, Praetura de-
iectus: & in Verrem, Si me aedilitate deicces. Hoc enim dicit: Coelium Licinianum, cum petere coepi-
set, reuocata legis ab eo de dictatore promulgatae memoria statim aedilitate deiecit. **I N S E C V T A** est, }
numquam ita Cicero loqueretur. quid enim hoc est? promulgatio de dictatore deiectum magno clamore
insecuta est, cum hoc significet: primum populus ei potenti uulgo negauit: deinde magni clamores in eun-
dem consecuti. Et sane, cum hic Coelius, qui Lucilius in Plutarchi Pompeio mendose, ut puto, nominatur,
rogationem de dictatura Pompeio mandanda ferre conaretur, incurrit in odium ciuitatis; nec longe ab-
fuit, quin magistratu se abdicare coactus sit. Plutarchus. **N O N** faciendum, } Alij, Ad non faciendum:
eadem sententia. Deiecto, inquit, Coelio, cuncti flagitare Hirrum coeperunt, ne facret, id est ne peteret
aedilitatem. haec est enim illa incredibilis opinio, quam proxime dixit sua comitia nocta esse aedilium pl.
comitis. **F L A G I T A R E**, } historicō more, pro Flagitabant. **Q V O D** sperasti, } me designatum ae-
dilem. **D E I L L O**, quod uix sperare ausus es, } non modo illum non esse designatum, quod sperasti,
sed etiam, quod uix sperare ausus es, turpissime deiectum. Urbane, & perfacete ad hunc locum Cicero re-
spondit ep. 10. lib. 2. lusit enim in uerbo, Illum, &c. cum eandem sententiam referret, inquit: De te, quia,
quod sperabam: de Hillo, (balbus enim sum) quod non putabam. De Hillo, dixit, ioco, ut opinor, dupli-
ci nam & Hirrum, balborum more, mutatione, litterarum pronunciauit: & allusit ad Coelij uerba, qui scri-
perat, De illo: pro quo retulit, De Hillo. quod a Graecis inter ea, quae risum excitant, παγάγγειον
uocatur. ep. 32. lib. vii. **A D . A P O L L I N I S**, } απόλλων: pro, aedem Apollinis, ep. 2. lib.
xv. Valerius ad me scripsit, quemadmodum a Vestae ad tabulam Valeriam ducta esses. Et pro Milone:
Cum falcibus ad Castoris, cum gladijs toto foro uolitarunt. **D E S L I P E N D I O** Cn. Pompej; } quod
legionibus persolueret, quas partim habebat in Hispanijs cum tribus legatis, Afranio, Petrio, Varrone,
partim Ariminii: sequitur enim paullo post, Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus. hac de re ep. 14.
Caesar quoque decretum stipendium, dixit ep. 7. lib. 1. **E X P E N S A M** tulit, } tradidit. nam, Ex-
pensum ferre, est, in tabulas referre, quod expensum ac datum alicui sit. sic in Philippica 2. Quis um-
quam inuentus est, qui Antonio mille nummum ferret expensum? Exemplorum alibi satis est. **C. C A E-**
S A R I, } cum Caesar in Gallia, saepe acie uictor, maiorem tamen motum, ut inquieta illius erant natio-
nis ingenia, multis de causis exspectaret, ab Cn. Pompeio proconsule petiit, quoniam ipse ad urbem
cum imperio reip. cauſa maneret, quos ex cisalpina Gallia consulis sacramento rogauiſſet, ad signa conue-
nire, & ad se proficiſci iuberet. quod Pompeius, & reip. & amicitiae tribuit. Hoc apud eum totidem uer-
bis lib. vi. de bel. Gal. scriptum est. Hirtius autem sic lib. IIX. Fit senatus consultum, ut ad bellum Parthi-
cum legio una a Cn. Pompeio, altera a C. Caſare mitterentur. neque obſcure haec duea legiones uni
Caſari detrahuntur. nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Caſarem misera, confectam ex de-
lectu prouinciae, Caſari eam tamquam ex suo numero dedit. Caſar tamen, cum de uoluntate aduersa-
riorum se exſpoliarī nemini dubium eſſe, Cn. Pompeio legionem remiſit. Plutarchus etiam in Pompeio
repetitam eam legionem ait ſimulatione bellī Parthici. quod a Dione quoque lib. XL. traditum eſt.
Q V O . N U M E R O . E S S E T, } post C. Marium, ſena millia peditum ſummus in legione numerus
fuit, minor interdum; quod aliquam ob cauſam legio eſſet infrequentior. ideo facta mentio eſt, quo nu-
mero eſſet ea, quam Caſari Pompeius commodauerat. ſed in ea peditum ſena millia fuifſe, ex Plutarcho
perſpicuum fuit, qui M. Catonem de Pompeio queſtum eſſe narrat, quod ſex millia militum ad Caſarem
ſine ſenatus auctoritate in Galliam miſiſet. **Q V O . A P P E T E R E T V R**, } quo numero tribui de-
beret. Siganij liber unus, Appeteret: quod non placuit. **C O A C T V S . E S T**, } nam ipſe libenter
ſimulabat: ideo non niſi coactus dixit, ſe ex Gallia legionem eam abducturum. ep. 5. lib. 1. Nostri homi-
niſtarditatem, & taciturnitatem. **S V B** mentionem, } post mentionem de ea legione factam. **C O N-**
V I C I V M, } efflagitationem. nam conuicium non modo maledictum eſt, ſed etiam uchementior ſine in-
termiſſione poſtulatio. unde illud in ep. 10. lib. 2. ad fratrem: Epistolam hanc conuicio efflagitarunt co-
diciili tui. Et in oratione pro Archia: Quaeris a nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectamur?
Quia ſuppediat nobis, ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitū reficiatur, & aures conuicio defeflare conui-
ſcant. Conuicio, pro multis uocibus, multoq. clamore, dixit. **O B T R E C T A T O R V M**, } fortaffe
Cato, Bibulus, Domitius Ahenobarbus, Caſaris inimici, Pompeio ob eam cauſam obtrēctabant, quod
Caſari legionem de ſuo exercitu commodaſſer. non enim, obtrēctatores hic appellari Caſaris amicos,
ueriſimile uidetur: qui certe de remouenda ab eo legione mentionem numquam intuliffent. **H o c . E S T**
D E P R O U N C I J S, } glosſea non puto: ſed actione de prouincijs Gallias quoque, actione autem de Gal-
lijs contineri ſimul & comprehendendi prouincias omnes, docet. **P L A C I T V M . E S T**, } antique, pro,
Placuit: ut Licitum eſt, pro, licuit: Puditum eſt, pro, puduit. Cicero lib. IV. in Verrem: Nego ullam
picturam neque in tabulis, neque textilem fuifſe, quin quaeficerit, infpexerit; quod placitum ſit, abſtule-
rit. Et D. Brutus ep. 1. lib. XI. Placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam. Et Pompeius in epi-
ſola ad consules, lib. IIX. ad Att. Placitum eſt mihi, ut Brunditium ducerem hanc copiam. Mulibri ge-
nere

nere Terentius in Andri. Postquam me amare dixi, cum placita est tibi. Eodem modo, Puditum esset, pro puduissit, dixit Cicero pro Flacco. & lib. 2. de Fin. Quos non est ueritum ponere: pro: qui non ueritum sunt ponere. Terentius in Andria: Dum licitum est illi, dumq. aetas tulit, amauit. Quo loco Donatus, Veteres, inquit, & Placitum, & Puditum dicebant: quae nos, placuit, pudit. **CORAM. Eō** quo modo, coram eo, cum Pompeius, quia cum imperio erat, urbem introire non posset? Scindunt, eos, qui cum imperio erant, petiisse interdum a senatu, & obtinuisse, ut, saluis legibus, ingredi urbem possent. itaque laudauit Sextium, de ui reum, praefens Pompeius, cum iudicium in foro fieret, Marcellino, & Philippo cos. quo anno cum fuisse cum imperio, suscepta annonae cura, notum est. ep. 9. lib. 1. Non numquam etiam, ut ijs, qui ad urbem cum imperio erant, liceret inter esse, extra urbem senatus habebatur, ut biennio post, belli ciuilis initio: quod a Caesare lib. 1. de bel. ci. scriptum legimus. **A R I M I N U M** situm in extrema Italia, non ea, quam alpes cingunt, qui naturae terminus est, sed ea, quam a Gallia cisalpina populus Romanus Rubicone fluvio distinxit. circa Rubiconem autem primum opidum Romani euntibus, ultimum in Galliam, Ariminum occurrit. **A D . E X E R C I T U M** cuius ipse imperator erat. manebat enim ad urbem reip. cauilla cum imperio; quod Caesar lib. vi. alijq. tradiderunt: per legatos absens Hispanias administrabat, mandatas ei lege primum Trebonia in quinquennium, deinde altera, quam ipse tertium consul tulit, in alterum quinquennium prorogatas. Dio lib. XL. Plutarchus, alij. **F A C T U M . I R I .** usitatus erat, Actum iri. quo modo & ipse de eadem re locutus est ep. 9. De prouincijs, inquit, quod tibi scripseram, idibus Sext. actum iri; interpellat iudicium Marcelli consulis designati. Nec paucis praeterea confirmatur exemplis. **A V T . T R A N S I G E T Y R . A L I Q U I D ,** aut 8. C. fiet de imperio ijs, qui prouincias obtinent, finiendo, idq. potissimum Caesaris cauilla: aut a tribunis pl. Caesarianis turpiter intercedetur. intercessum autem a quattuor tribunis pl. in ep. 8. demonstratur. Et cum ait, Turpiter, sentire se pro optimatibus iudicat. sed anno sequenti, cum aedilitate gereret, se mutauit, uel Appi censoris odio, uel Curionis tribuni pl. amicitia. ep. 12.13.17. **I L L A M . V O C E M ,** ex qua intellectum est, uel transactum iri aliquid, uel tribunos pl. intercessi- ros esse. **O M N E S** ergo & Caesarem: si senatus ei succedendum censuisset. **S E N A T U R I** dicto audi- entes esse. pro Senatu parere. sic pro Deiotaro: Ut audiens dicto esset huic ordini. Et Philippica viii. Scilicet legatos ad eum misimus, non ut pareret, & dicto audiens esset huic ordini, sed ut condiciones ferret. **N I H I L . E X S P E C T O ,** proxime, se non exspectare nihil, affirmauit his uerbis: Profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. quid igitur, an secum pugnat Coelius? diversa sententia est. nam hic ait, Nihil exspecto, pro, Caesarem senatus dicto audientem fore nequaquam puto. **P R I M U M** primi consules designati sententiam rogabantur: eorum autem prior, qui priore loco de- signatus erat. ideo Marcellinus, consul designatus, primus sententiam rogatur. ep. 1. lib. 2. ad patrem, secundo autē loco Philippus, eius collega. quod secundo loco designatus est. **S Y N G R A P H A . S I T - T I A N A :** de qua diximus in ep. 2. ne saepius eadem iterentur. **V A L D E** pertinere. ut pecunia ex ea syngrapha exactis alerentur, ac Roman deportarentur pantherae, quas dare suis ludis anno sequenti Coelius cogitabat. uide ep. 9. **D E p a n t h e r i s ,** ep. 2. **C I B Y R A T A S** uenandi peritam gen- tem. ep. 9. & ep. 1. lib. vi. ad Att. **R E G E M A l e x a n d r i n u m** Ptolemaicum, quadriennio ante a Gabiniu Syiae proconsule restitutum. diximus ep. 1. lib. 1. **Q V I D** mibi si uadeas, fortasse curam fibi senatu eius regni iniussendi, atque aliquandiu procurandi mandari cupiebat. **Q V I S** procuret, procurabat Ptolemaei pueri, annum XIII. agentis, nutricius eius, eunuchus, nomine Photinus, is, cuius consilio Pompeius Magnus, cum Pelusium accessisset, necatus est. Caesar lib. IIII. de bel. ci. Appianus lib. 2. de bel. ci. Dio lib. 41. Plutarchus in Pompeo. **P E R S C R I B A S ,** nec enim ei de regni statu difficilis cognitio erat, cum Ciliciae praecepsit, cui prope in conspectu Aegyptus est.

Argumentum ep. 5.

PRior epistolae pars moralis est, quia profectum a benevolentia metum Coelij significat, ne cum Parthorum copijs congressus Ciceronis exercitus profigetur: posterior, quia de successione prouinciarum agit, negotialis. Haec epistola quo die scripta sit, non appareat: sed uidetur superiorem proximam paucis diebus consecuta. nam, neque iterauit Coelius de pantheris, quia scilicet paullo antea scripserat: neque Curionem designatum esse tribunum pl. significat, quem in proxima dixit petere: quoq. magis moueor, huic, & superiori Cicero una respondet epistola, quae decima est lib. 2.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 5.

QUA tu cura sis, quod ad pacem prouinciae tuae, quidem uehementer animi pendeo. nam, si hoc mode- finitimarumq. regionum attinet, nescio. ego rari possemus, ut pro uiribus copiarum tuarum bellū quoque

quoque exsisteret magnitudo; & quantū gloriae, trium phoq. opus esset, aſſequeremur; periculofam, & grauem illam dimicationem euitaremus: nihil tam eſſet optandum. nunc ſi Parthus mouet aliquid, ſeo non mediocrem fore contentionem. tuus porro exercitus uix unum ſal tum tueri potes. hanc autem nemo dicit rationem: ſed omnia deſiderantur ab eo, (tamquam nihil denegatum ſe ei, quo minus quam paratiſimus eſſet) qui publico ne- gotio piaſepiſtus eſſet. Accedit buc, quod ſucceſſionem futuram propter Galliarum connoſeriam non uideo. tametsi hac de re puto te conſtitutum, quid faſetur eſſes, habere: tamen, quo maturius conſtitueres, cum hunc euentum prouidebam; uifum eſſet, ut te ſacerem certiorem. uifum haec translatica. de Gallis conſtituetur: erit,

qui intercedat: deinde aliud exſiſtet, qui, niſi libereliceat de omnibus prouincijs decernere ſenatui, reliquas impe- diat. ſic multum, ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Si quid noui de rep. quod tibi ſcriberem, haberem; uifus eſſem mea conſuetudine, ut diligenter, & quid actum eſſet, & quid ex eo futurum ſperarem, perſcriberem. ſane tamquam in quodam inci- licia omnia adhaſerunt. Marcellus idem illud de pro- uincijs urget: ſed neque adhuc frequentem ſenatum ef- ficere potuit. hoc ſi praeterito anno Curio tribunus, & eadem aſſio de prouincijs introbit: quam facile nunc ſit omnia impediſſe, & quam hoc Caſſari, qui, ſua cauſa, remp. non curent, ſuperet, non te ſallit. Vale.

EXPLANATIO

FINITIARVM Q. regionum} quas nonnumquam incurrentes Parthi uexabant. primam uero, quam, traiecto Euphrate, qui terminus Romani imperij fuit, inuadebant Parthi, Syriam fuſſe, ex epistles 1.1.1.1.1.1. cognoscitur. ceterae uero regiones uel Romanis parebant, uel in earum societate, clien- telaq. erant, poſſellae a regulis, tyranisq. aut ſuis legibus libere uiuentes. **A N T I M I** pendeo.} in ſolli- citudine ſum. notum loquendi genus. Pendemus animis. dixit Cicero Tusc. i. ſed uifitatus, animi. **S I** HOC moderari poſtemus,} ſi licet nobis, quod ad Parthicum bellum attinet, ita rem moderari, & hoc modo corrigeret, ut cum uiribus copiarum tuarum bellum aequaretur; nihil tam eſſet optandum. Dixit, Hoc, pro hac ratione, hoc modo: uel, Hoc, accuſandi caſu: ideſt, id, quod mihi timorem iniicit. Sigonij liber habet, Hoc more moderari poſtemus, & pro uiribus copiarum &c. **T R I V M P H O Q.**} ad triumphum ſatis erat, hostium quinque millia una acie occidiſſe: de quo Valerius Max. lib. 2. cap. 3. Respondit Cicero: Velles, tantummodo ut haberem negotij, quod eſſet ad laureolam ſatis. **G R A V B M** illam dimi- cationem} cum omnes utrimque copiae concurrunt. **P A R T H Y S**} pro Parthi, historico more. ſic Liuuiſ ſacpe, & alij, Poenus, &, Romanus; pro, Poeni, Romani. **V I X . V N V M** ſaltum} qua tranſire in prouinciam Ciceronis Partii conarentur. Vix autem, quia duas tantum legiones Cicero habebat, ut ep. 15.lib.v. ad Att. Plutarciſt fuſſe duodecim millia peditum, equites M M D C. id quod oſtendit, in fin- gulis legionibus ſena millia peditum fuſſe. equitum autem numerum, uix crediderim, in Plutarcho ua- care mendo, nam singulis legionibus tercemos adjunctos equites fuſſe, ſatis liquet, quod ſi accedant auxiliaries, tantus tamē numerus non efficitur. niſi ſi, quod ualere Parthos equitatu conſtabat, ideo numerus equitum auctus eſſet. **C O N T R O V E R S I A M**} referente enim ad ſenatum Marcellio conſule de prouin- ciarum ſucceſſione, eo confilio, ut Galliae Caſſaris eandem condicionem ſubirent; uider Coelius, id quod evenit, intercessum iri a tribunis pl. quia legitimum prouinciae Caſſaris tempus Vatinia primum, deinde Trebonia lege datum, expletum nondum eſſet. quae igitur intercessio, Galliarum cauſa, S. C. de prouincijs impedit, eadem, ne ceteris prouincias obtinentibus ſuccedatur, efficit. **Q V I D** faſturus eſſes,} quem prouinciae decedens praeficeret uelles. epift. 9. Quantum diuino, relinquendus tibi eſſet, qui prouinciam obtingeat. nam non expeditur ſucceſſio: quando Galliae, quae habent intercessorem, in eandem con- dicionem, quam ceterae prouinciae, uocantur. **T R A N S L A T I C I A.**} uifitata, uifu transſlata: ut ep. 8. lib. 111. Hoc uero, inquit, ex quo ſuſpicio natu eſſet, me exquisiuſſe aliquid, in quo te offendere, translati- cium eſſet. **C O N S I T U T V R:**} in ſenatu. conſtituetur autem decreto generali de omnium prouin- ciarum ſucceſſione. **E R I T,**} tribunus pl. amicus Caſſari: ut intercesserunt quattuor. ep. 8. **A L I V S,**} tribunus pl. Pompeij, ideſt optimatum, fautor: qui cum impediri Gallias uiderit, expediri reliquias non pa- tiebit: eo ſciliect confilio, ut uel omnibus, qui prouincias obtinent, uel nemini ſuccedatur. **D E o- mni- bus prouincijs**} conſularibus, & praetorijs: de quibus conſul M. Marcellus, priuimum de conſularibus, mox de praetorijs, ſeparati uerba fecit. ep. 8. **P L V S** biennium} non fallitur. numquam enim res, niſi ci- uilibello, ad exitum deducta. Plus biennium, pro, Plus biennio: ut ep. 6.lib.vi. ad Att. Plus annum prouin- ciām obtinere. **M O R E T Y R.**} paſſiue dixit, antiquo more, ſic in agraria 11. Excipere nominatim agrum, qui publicus eſſe fateatur. **M E A** conſuetudine,} id enim promiſit ep. 1. **I N** quodam incilia omnia} ſic Mediceus liber, & qui fuit Vbaldini. Sigonij unus, In quodam incilia omnia: Ioannis Scala, In quodam omnia in Sicilia: Mafforum, In quodam uictilica omnia. Mendum patet: nec diſplicet, In quodam incili iam omnia: quod olim placuit. Incilia fossae ſunt, in quas ex fossis aquae deriuātur. **A D H A E S E R V N T.**} in actione de prouincijs, tamquam in quodam incili, urgente M. Marcello conſule idem illud, quod ante, ut ijs, qui prouincias obtinent, ſuccedatur. **V R G E T:**} ergo, reſedisse im- peſtus eius, falſo putauit Coelius. id enim ſcriptit ep. 2. Et cum dicat, Idem illud urget; ante ſcriptum eſſe ab eo de hac Marcelli actione, & aliquot Coelij ad Ciceronem epiftolas deſiderari, ſatis conſtat. **N E Q V B** adhuc frequentem ſenatum eſſicere poruit. Neque, hic uifupatur pro Ne quidem. hac ſententia: Tantum abeft, ut Marcellus S. C. eſſicere de prouinciarum ſucceſſione, ut ne ſenatum quidem adhuc frequentare po- tuerit.

tuerit. sic ep. 4. lib. 1. ad Att. Neque hoc neglexi. Non dissimile illud ep. 10. lib. ix. Quod altera epistola purgaste, non diffusorem mihi emptionis Neapolitanae fuisse, sed auctorem commorationis urbanae: neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, &c. In frequenti autem senatu fieri S. C. leges uocabant, quae de re diximus ep. 9. lib. 1. in eo loco. Mihi est senatus assensus, ut idibus Maij, frequeti senatu, de agro Campano referetur. **C**URIO tribunus, ex his uerbis, nondum esse designatum tribunum Cutionem, conijcio. **I**NTRIBUIT: introiuit, neque solum anno postero, Curione tribuno, sed etiam eo, qui consecutus est, M. Antonio, & Q. Caſio Longino tribunis pl. qui S. C. de prouincijs intercesserunt. **Q**VAM facile nunc sit? Nunc, pro tunc: ut futurum tempus repreſentet; quo magis rem oculis subiicit. uel, Nunc, hoc in statu, cum & Curio tribunus pl. sit, & de prouincijs agatur. **I**MPE DIRE, impeditamento enim erunt Caſariani Pompeianis, ne fiat S. C. de prouinciarum successione: Pompeiani autem, niſi libere liceat de omnibus prouincijs decernere senatu, reliquas impedit. ep. 5. **Q**VI, sua cauſa, remp. non curat, sic plane in plerisque antiquis libris. mihi uidetur, cum de uno Caſare sermo habetur, legendum, Curet. nam is, sua potentiae cauſa, remp. non curabat. Adiuuat & confirmat opinione nostram Fulaij Vrſini liber, in quo est, Qui sua cum rep. non curat. **SUPERET**, supersit, reliquum sit; idest, quantum in hoc Caſar negotij sit habiturus. sic lib. v. de Fin. De eo, quod ipsis superat, alijs gratificari uolunt. & ad Att. lib. XIII. Si quid aere meo alieno superabit.

Argumentum ep. 6.

Scribuntur haec: Appium, qui cum Cicerone in gratiam redierat, a Dolabella esse accusatum: cauendum Ciceroni, ne, si Appio non studuerit, parum simpliciter, & candide inimicitias deposuiffe uideatur: uxorem a Dolabella discessisse: posse ei Tulliam, Ciceronis filiam, collocari: Pompeium ualde pro Appio laborare: summam esse consulum negligentiam: totam otiosam esse ciuitatem: Bibulum in Syriam male pugnasse: Curionem tribunum pl. mutata uoluntate, ab optimatibus ad Caſaris partes transiſſe: Appij gratiam se cupere: Dolabellae affinitas si probetur, celandum: niſi pantheras Graecas habeat, turpe Ciceroni futurum. Totanegotialis est epistola: scripta Paullo, & Marcello cos. Respondit Cicero epist. 13. libri 2.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 6.

NON dubito, quin perlatum ad testis, Appium a Dolabella reum factum: sanequam non ea, qua existimueram, inuidia. neque enim stulte Appius; qui, simul atque Dolabella accessit ad tribunal, introiuerat in urbem, triumphiq. postulationem abiicerat. quo facto retulit sermones; parviorq. iuſus est, quam sperauerat accusator. is nunc in te maximam spem habet. scio tibi eum non esse odio. quam uelis eum obligare, in tua manu est: cum quo similitates si tibi non fuissent, liberius tibi de tota re esset. nunc si ad illam summam ueritatem legitimum ius exegeris: cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias uidearis. in hanc partem porro tutum tibi erit, si quid uolueris, gyatificari. nemo enim necessitudine, & amicitia te deterrit ab officio dicet. Ita mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem uxori a Dolabella discessit. quid mihi discedens mandaris, memini; quid ego tibi scripsirim, te non arbitror oblitum. non est iam tempus plura narrandi. unum illud monere te possum: si res tibi non displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua uoluntate ostendas; & expectes, quemadmodum exeat ex hac cauſa: ne qua inuidiosum tibi sit, si emanarit. porro significatio ulla si intercesserit, clarius, quam debeat, aut expediat, fiat, neque ille tacere eam rem poterit, quae sua spei tam opportuna acciderit, quaeque in negotio conficiendo tanto illustrior erit: cum praesertim is sit, qui, si perniciosum sciret esse, loqui de hac, uix tamen se contineret. Pompeius dicitur ualde pro Appio laborare: ut etiam putent alterutrūm de filiis ad te missurum. hic nos omnes absoluimus. & hercules confecta, omnia foeda, & inhonestā sunt. Consiles autē habemus summa diligentia. adhuc s. c. niſi de ferijs Latini, nullum facere potuerunt. Curioni nostro tribunatuſ congregati. sed dici non potest, quo modo hic omnia iaceant. niſi ego cum tabernarijs, & aquarijs pugnavem, ueternus ciuitatem occupasset. si Parthi nos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus. tamen, quoquo modo hic omnia iaceant, potuit sine Parthis. Bibulus in Anna no nescio quid cohorticularum amicit. hoc sic nunciatur est. Quod tibi supraſcripti, Curionem frigere, iam calidnam feruentissime concerpitur: leuissime enim, quia de inter Kalando non obtinuerat, transfigit ad populum, & pro Caſare loqui coepit, legemq. uariam, non difſimilem agrariae Rulli, & alimentariam, quas inbet aediles

ediles metiri, iactuit. hoc nondum fecerat, cum priorem epistolae partem scripti. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. De Dolabella integrū tibi referues, suadeo. & huic rci, de qua loquor, & dignitati tuae, aequitatisq. opinioni hoc ira facere expedit. Turpe tibi erit, pantheras Graecas me non habere. Vale.

EXPLANATIO

A PRIVM? quem e prouincia Cilicia redetinente Dolabella, qui postea gener Ciceronis fuit, de maiestate accusauit. quamquam & de ambitu postulatum esse. absolutumq. utroque crimine, significant epistole duas, undecima, & duodecima libri 3. **DOLABELLA?** Corneliae gentis patriciae; qui ad plebeum postea transiit. ut tribunus pl. fieri posset, quo in magistratu legem ferre de tabulis nouis coatus est, ut aere alieno, quod grauiissimum contraxerat, leuaretur. **REVM?** fuit hoc apud Romanos in more possidum, ut adolescentes, gloriae comparandae causa, viros nobiles, honoribusq. functos, accusarent. Sic L. Crassus ille princeps in eloquentia C Carbonem, consularem, sic Cicero C. Verrem praetorium, sic M. Coelius ipse C. Antonium consularem, Ciceronis collegam, accusauerat. erat autem hoc Roma gloriosum, propterea quod, qui ab alijs rationem uitae, reposcerent ij legem sibi ipsi innocentiae, continentiae, virtutumq. omnium indicere uideretur. de quo praecellare, ut omnia, Cicero nosster in prooemio actionis ultimae in C. Verrem. Reum facere, non est accusare, sed postulare, id est petere sibi actionem in aliquem; de quo plenius infra. pro Scauro Reus, inquit, est factus a Caepione. quod ab accusatione ipsa diversum esse, Asconij ostendit interpretatio. **INVIDIA?** aduersa hominum voluntate: ut alibi. **AD TRIBVNAL?** praetoris. crimen enim de maiestate publicum fuit: publicis autem iudicijs praetores praefuisse, ostendimus in libro de Legibus. **TRIVMPHI** postulacionem abiecerat. & urbem enim nemo cum imperio introibat, praeter eos, qui trimphabant: quorum causa lex cerebatur, ut imperium retinerent eo tantum die, quo triumphantes inueherentur. exemplis nota res est. Appius autem, abiecto triumphandi consilio, statim urbem ingressus est, ut oblisteret accusationi. ep. 10. lib. 111. Illud plane moleste tuli, quod certissimum, & iustissimum triumphum hoc inuidiorum consilio esse tibi creptum videbam. **RETVSTIT?** repressit, sedauit eorum sermones, qui de Appij damnatione loquebantur. **INTET?** successore suo: qui si contuleris in eum studia, & officia tua, proderis plurimum. Accusatus erat Appius ob ea, quae in prouincia contra maiestatem populi Romani commiserat. itaque ep. 10. lib. x. De me, inquit sic contestans omnes Deos, promitto, atque confirmo; me pro tua dignitate in hac prouincia, cui tu praefuisti, rogando deprecatoris, laborando propinquai, auctoritate cari hominis, ut spero, apud ciuitates, grauitate imperato-ris suscepturum officia, atque partes. **TIBI enim non esse odio?** minus est, quam, eum a te diligi. quasi dicat: cum in gratiam cum eo redieris; cum eius filiarum una Cn. Pompeij filio, altera M. Bruto nupserit; haec, ne tibi odio sit, efficiunt: amare autem fratrem inimicissimi tui non potes. Cicero, non cum modo a se diligi, sed valde etiam diligi, respondit. ep. 13. lib. 2. **INTVA manu est?** cum eam prouinciam, cui praefuit Appius, & unde testes in eum excitari possunt, ministres. **SIMVLTATES?** simultates Ciceroni cum Appio, inimicitiae vero fuerunt acerbissimae cum eius fratre P. Cladio. Simultas autem & mediocre odium est, & simulatione tectum. **AD ILLAM summam neritatem?** sic antiqui libri, nec opinor, medose. Si legitimo, inquit, iure uti uolueris, nihil ut pro Appio, nisi quod summa ueritas, id est summa iustitia prescribit, agendum tibi existimes: suspicionem ficte reconciliatae gratiae fortasse aliquam dabis. Expressit Cicero alijs uerbis eandem sententiam ep. 12. lib. 111. Vetus, inquit, nostra similitas antea stimulabat me, ut cauerem, ne cui suspicionem ficte reconciliatae gratiae darem. Ea de re sententiam egregiam recitat Hieronymus in Apologia aduersus Rufinum, ex Ciceronis oratione pro Gabinio. Ego cum omnes amicitias tuendas semper putani, summa religione, & fide, tum eas maxime, quae essent ex inimicitijs reuocatae in gratiam: propterea quod integris amicitijs officium praetermissum, imprudentiae, uel etiam (ut grauius interpretetur) negligentiae excusatione defenditur: post redditum in gratiam si quid est commis- sum, id non neglegcam, sed violatum putatur, nec imprudentiae, sed perfidiae assignari solet. **LEGITIMVM ius?** sumimum ius antiqui summam putabant crucem: ut ait Columella lib. 1. cap. VII. & Summum ius, summam iniuriam: & Cicero lib. 1. Off. **IN HANC partem?** hoc quasi antitheti loco posuit, quia dixerat, Ad illam summam ueritatem. In hanc, igitur, partem, leniorem, quae a summo illo iure distat. **NEMO enim &c.** si quid Appij causa facies, dicent omnes te non esse deteriorē ab officio necessitu dine, & amicitia, quae tibi cū Dolabella intercedit. **POSTVLATIONEM, & nominis delarionem?** prima igitur postulatio, secunda nominis delatio, postrema accusatio fuit. postulabatur primum, ut accusare aliquem liceret: deinde, hoc impetrato, nomen eius deferebatur: postremo accusabatur. In tabula Acne Torquati Bembi, Petri filii: De ea re eius petitio, nominisq. delatio esto. Pro domo: Sex. Propertij nomen detulit, accusare propter calumniae metum non est ausus. Interdum, Postulare, pro accusare accipitur. **UXOR?** ut cum uxore uir, ita cum viro diuortium faciebat uxor. exemplum ep. 10. **MANDARIS?** mandauerat, ut collocandae filiae suae curam susciperet. de quo in epistola ad Appium, lib. 111. ipse se excusat his uerbis: Non uero, ne tu parum perspicias, ea, quae gesta sunt, ab illis esse gesta, quibus ego ita mandaram, ut, cuā tam longe absfuturus essem, ad me ne referrent, agerent quod probasient. **QUID ego tibi si ipferim, & scripserat fortasse, magnam esse proborum adolescentium paenuriam, quibus Tullia collocari posset, nam de Dolabella, a quo discessuram uxorem coniijcere non potuerit; nunc primum**

V u facto

facto diuertio, scribit. R e s } ut ei nubat filia tua. IN VIDIOSVM } ne infamiae tibi sit, quod
 affinitate cum eo iungere uolueris, cum quo, depositis inimicitij, in gratiam antea redieris, qui que tibi
 cum augur sit uterque uestrum, ab ipsa collegij coniunctione commendetur. SI EMANARIT. } si
 quid homines de matrimonio rescierint. DEC EAT. } pro reconciliata cum Appio gratia. EXP E-
 D I A T. } Appium enim offendes: quod utilenon erit: cum amicis, propinquis, affinibusq. floreat. filiam
 enim Appius Cn. Pompeij filio, alteram M. Bruto, tertiam Lentulo, in matrimonium locauerat. ep. 4. & 8.
 lib. III. Hinc illud Ciceronis huic epistolae respondentis: Cur mihi non sit in optatis, complecti hominem
 florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis, collegam meum praes-
 tertim, & in ipsa collegij laude, ac scientia studiosum meis. SPEI } de Appio damnando, nam affinita-
 tis famam suis consilijs opportunam, utilemque fore sperabit. NEGOTIO } quod agit contra Appium.
 TANTO illustrior } affinitas haec ob accusationem Appij multo erit illustrior, ac notior, quo studiosius
 eam Dolabella peruulgauit. POMPEIVS } cuius filio nupta erat Appij filia. ep. 4. lib. III. AD. TE } ut auctoritatem, gratiamque tuam ad Appij salutem conferas. testes enim ex ea prouincia, cui successor Ap-
 pij Cicero pracerat, uel reum opprimere, uel periculo liberare poterant omnes. ABSOLVIMVS. } Ap-
 pium: id est, absolutum iri omnes putamus. quod ita contigit, defendantibus cum genero M. Bruto, & Hor-
 tensio oratore. quod in Bruto scriptum est. CONFECTA. } sic olim emendaui, secutus antiquum Pe-
 tri Bembii librum, & alrerum Ioannis Scalae, in quo non omnino diserte. Confecta, ut in Bembii libro, sed,
 Confecta legebatur, postea in Alberti Ferri libro, Confecta, animaduerti. Confecta, inquit, adhuc a Dolab-
 bella, foeda omnia sunt, & inhonesta: ut odium potius, quam ueritatem ullam, praefeuerant. Quid tamen,
 si, Confecta, legatur? ut sit, Confecta omnia, foeda, & inhonesta sunt. Quid etiam, si hoc totum non de
 uno Appio, sed de omnibus reis uniuersitate dicatur? hoc modo. Nos hic reos omnes absoluimus: & hercules
 confecta iudicia, foeda omnia, & inhonesta sunt. Confirmare uidetur hanc opinionem, quod sequitur de
 consulum negligientia: quod ipsum non satis apte cum Appij accusatione, cum publica uero iudiciorum ur-
 pitudine apertissime connectitur. Sigonij liber, & alij, Conscripta omnia foedera: unus, Conscripta. Mediceus,
 Conscripta omnia fodera. Io. Baptista Titio placet: Conscripta: quasi, munita: quod reos, nemo conde-
 mnnet, tuta igitur culpa, ueluti saepa moenibus. Proxime dixit: Hic nos omnes absoluimus. CONSULES
 L. Paullus, C. Marcellus. DE FERIS Latinis, } singulis annis in Albano monte, populi Romani La-
 tinorumque conuentu, sacrificium fiebat, distributa singulis populis immolatarum hostiarum carne. Latini
 vocabatur, quod Latiali Ioui fieret: conuentus autem ille, Feriae latinae: quarum auctor Superbus rex fuit,
 uno ijs die dicato: post reges ciclus alter additus: tertius post foedus cum Latinis iustum, Sp. Cassio confi-
 le: anno CCC XC VI. quartus. Dionysius, Liuus, Plutarchus, Cicero, alij. N V L V M } quibus
 de rebus ad senatum retulerunt, de ijs nullum omnino senatus consultum factum est. nihil igitur auctoritate,
 nihil eloquentia ualent. De feriis autem Latinis si senatus consultum fecerunt, usitatum est: non ideo pro-
 batur eorum diligentia. CONGLOMATA. } Frigere dicimus eos, qui nihil agendo tempus traducit
 hoc magis est: nam glacie summum frigus indicatur. summa igitur Curionis ignavia. ep. 13. lib. 2. Nisi
 ego cum tabernarijs, & aquarijs pugnarem, } Aquarum publicarum cura ad aediles cur. pertinebat; prope-
 rea Coelius, qui aedilis cur. erat, cum tabernarijs, & aquarijs, publicas aquas ad priuatum usum conuertit
 bus, pugnabat. qua de re Frontini uerba ex lib. 1. de Aquaeductibus recitabo, quae magnam huic loco lu-
 cem afferunt. Caussa est, inquit, fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum
 deriuare deprehendimus. sed & plerique possessorum, & quorum agris aquae circumducuntur, fraude for-
 mas riuarum perforant: unde fit, ut ductus publici hominibus priuatis uel ad hortorum usum subseruant,
 uel ad itinera suspendant, ac de uitio eiusmodi nec plura, nec meliora dici possunt, quam a Coelio Rufo di-
 cta sunt in ea concione, cui titulus est, de aquis. quae nunc nos omnia, simili licentia usurpata, utinam non
 per offensas probaremus. irriguo agros, tabernas, cenacula, & corruptelas denique omnes perpetuis li-
 lientibus instruas inuenimus. Hacc Frontinus. Aquarijerat, quibus deducendi in urbem publicas aquas
 cura mandabatur. quod & recitata proxime, & illa praeterea eiusdem Frontini uerba lib. 1. satis ostendunt:
 Aquarij nostri partem maximam Crabracem semper in supplementum Iuliae uindicauerunt, nec ut Iuliam au-
 gerent, quam hauriebant largiendo compedi sui gratia. Ab hac forsitan assectandae, & perducendae aque
 similitudine dicti sunt Aquarioli, qui mulieres impudicas, ut ait Festus, assectarentur. & Aquarioli in stu-
 pris uxorum connuentes, ut aquarij in deriuationibus aquarum publicarum. Tabernarios uocat Coelius
 non omnes omnium mercium institores, uerum eos tantum, quorum in tabernas cibi gratia homines die-
 tunt, nam hi publicas aquas in usum suum conuertebant. Differt autem Taberna ab Officina, & Apotheca.
 Officina tempore prior est utraque, nam in ea fiunt, quae postea uel in apothecam custodienda, uel in taber-
 nam uendenda deferantur. Apotheca est, quae multis capit custoditq. merces, ut deinde ad tabernas mis-
 prostent uenalia, hodie, corrupto vocabulo, ab apothecis nomen acceperunt ea loca, quae a veteribus ta-
 bernae dicebantur. Taberna tantum habet, quae minutatim uendantur: cui qui praest, Institor vocatur, qui
 autem apothecae, Mercator, sunt & tabernac, in quibus habitant pauperes. unde Horatius: Pauperum taber-
 nas, regumque turres. VETERIVS } morbus ex ignavia contractus, qui somnum inducit. Plautus in
 Men. Num eum ueterinus, aut aqua intercus tenet? & Virg. lib. 1. Georg. Nec torpere graui passus fu-
 gna ueterno. ep. 13. lib. 2. CALFACIUNT. } exercent, illato bello. nam ex bello motus, ex motu ca-
 lor. ep. 10. lib. VII. Vos nunc istic satis calere audio. & ep. 19. lib. VII. ad Att. Te ipsum calere puto. cum amb-
 mi perturbationem significet. FRIGORE } otio: ex quo frigus inducitur, ut exercitatione corporis
 calor. POTVLIT sine Paribus. } et si frigemus hic, tamen, calfieri uos a Parthis, non optamus. commoda
 fuit,

fuit, uos esse sine Parthis, nullum uobis a Parthis negotium exhiberi. **BIBVLVS** { qui Syriac praeerat AMISIT. } de hoc detimento sic ep. 20. lib. v. ad Att. Bibulus in Amano cohortem primam totam perdidit. Sane plagam odiosam accepérat cum re, tum tempore. **SIC** { potest aliter esse, sed nunciatum sic est. } **SUPRA. SCRIPSI**, { plures igitur dies hanc epistolam Coelius in manibus habuit. } **FERVENTISSIMUS** uechementer, calere igitur eum, mirum non est. **Sic ep. 7.** De damnatione feruenter loqui est coepit. **Sic ep. 23. lib. x.** Feruentes latrones, pro uechementes, iracundiaeque, impetu concitatos, dixit. **CONCERPI TVR:** carpitur, mouetur ha quod a se ipso, suis actionibus pro Caesare, nouisq. legibus, uiaria, & alimentaria. Iure sordes uerborum in Codio daintaur antiquitas. quid enim hoc est, Feruentissime concerpitur? **DE. INTERKALANDO** de die producenda, ut ea, quae pro Caesaris causa cogitabat, commodius posset ad exitum perducere. sic enim Dio narrat lib. x l. **NON. OB** TINVERAT, { a collegio pontificum, id enim Dionis ostendit historia. & interkalandi potestatem penes eos fuisse, qui fastis praeerant, Macrobius lib. 1. Sat. docet his uerbis. } **Dies ille**, quo abundare annum diximus, eorum est permisus arbitrio, qui fastis praeerant; ut, cum uellent, interkalarent. Et paulo post: Fuit tempus, cum, propter superstitionem, interkalatio omnis amissa est, non numquam uero per gratiam sacerdotum, qui cum publicanis proferri, uel imminui, consulto anni dies uolebant, modo auctio, modo tattatio dierum proueniebat. Sacerdotes autem, quos Macrobius ait fastis praeuississe, pontifices fuere: quod Liuij uerba testantur lib. ix. Cuius ius, inquit, repolitum in penetralibus pontificum, euulgauit; factosq. circa forum in albo proposuit; ut, quando lege agi posset, sciretur. Et pontifice, cum interkalationem petiit, Curionem ipsum fuisse, ex Dioto cognoscitur. **TRANSFVGIT** { defortor optimatum, quos antea defenderat. ep. 8. } **VIARIA**, { de sterhendis, muniendisq. uis. Appianus. } **NON** difsimilem agrariae Rulli, { quid hoc sit, milii uideor ab Appiano didicisse lib. 2. de bel. ci. ut enim P. Seruilius Rullus in ea lege, quam de agris dividendis in tribunatu ferre conatus est, hoc potuit, ut ipse primus decemvir, qui agros diuideret, crearetur; item Curius, cum viariam legem ferret, eam sibi ipsi curationem in quinquenniu petebat. quod per leges non licet. Ciceró in agraria 2. declarat his uerbis. Quos decemviri creari uult, se p̄timum, qui licet leges enim sunt heteres, neque eae consulares, sed tribuniciae Licinia, atque Aebutia, quae non modo cum, qui tulerit de aliqua curatione, ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas, curatio ue mandetur. } **ALIMENTARIAM**, { fortasse de frumento plebi gratis dividendo, ut infinorum hominum studia sibi compararet. quod antea quoque seditioni tribuni pl. primum C. Gracchus, deinde Saturninus, postremo P. Clodius, Ciceronis inimicus, tenauerat. oratio pro Sextio, epitome Iuliiana lib. ix, lib. 1. ad Herennium, Pedianus. } **QVAS** { fortasse, Qua, ut alimentaria sua lege iuberet, Curio aedilis metiri frumentum plebi. } **FACTAVIT**, { palam dictauit selaturum esse. } **PONITO in gratiam**, { in gratiam, & in gratia, utroque modo dicitur. ep. 6. lib. vi. } **HVIC rei**, { matrimonio Tolliae, ac Dolabellae. } **DIGNITATI tuae**, { dixit iam: Significatio illa si intercesserit, clarus, quam deceat, fiat. } **AEQUITATIS**, { iniquior enim uideberis, affinitate cum eo iuncta, qui Appium, nouum amicum tuum, in iudicium uocet. suadeo igitur iudicij finem expsects. } **TURPE tibi erit**, { quem te mihi amicissimum esse, & istuc imperandi potestatem habere, omnes sciunt. } **GRACIAS**, { non modo provincia Ciceronis, uerum etiam omnis Asia, non qua orbis terrae partem tertiam diciuntur, sed ea, quae regis Attali fuerat, Graece loquebatur. ep. 4. 6. 7.

Argumentum ep. 7.

BReuis epistola; quia pridie scripserat pluribus uerbis, nec deinde noui quidquam acciderat, praeter Cornificij, & Orestillae filiae nuptias, Paullae diuortium, Ocellae adulteria. Morale principium, quia timet amoris causa, ne Parthi aliquid moueant: quae sequuntur, ad negotiale genus pertinent.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 7.

QVAM cito tu istinc decidere cupias, nescio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicis rem gessisti. dum istuc eris, de bellis Parthici periculo cruciabor, ne huncrisum meum metus aliqui perturbet. Breuiores has litteras properanti publicanorum tabellario subito dedi tuo liberto pluribus uerbis scriptas pridie dederam. Res autem nouae nullae sine acciderunt: nisi haec uis tibi scribi, quae certe uis. Cornificius adolescentis Orestillae filiam sibi desponsavit. Paulla Valeria,

soror Triarij, diuortium sine causa, quo die uir & provincia uenturus erat, fecit. nuptura est D. Bruto. nondum retulerat. multa in hoc genere incredibilia, te absente, acciderunt. Ser. Ocella nemini persuasisset se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quaeris, ubi ubi hercules ego minime uellem. relinquo tibi, quod ab alijs quaeras. neque enim displaceat mibi, imperator singulos percunctari, cum qua sit aliquis deprehensus. Vale.

VU 2 EXPLA-

EXPLANATIO

FELICIVS; re bene gesta in Amano monte. acceperat, opinor, Coelius eam Ciceronis epistolam, in qua scripsit haec: Cum meis copijs omnibus uexaui Amanienses, hostes sempiternos: multi occisi, capti: reliqui dissipati: castella munita, improviso aduentu, capta, & incensa. ita uictoria iusta imperator appellatus apud Isum. Deinde sequitur de opugnatione Pindenissi. RISVM; laetitiam, ob rem a te prospere gettam. ALIQVIS; pro, Aliquis: antique: ut ep. 18. lib. XII. Quo iste, nescio qui, Caecilius Bassus erumperet. PUBLICANORVM; eius societas, quae Asiana uestigalia redemrat. plures enim erant publicanorum societas. ep. 9.lib.XIII. NISI haec uis tibi scribi, lepida, & urbana inductio, rerum, quae scriptio parum dignae uideantur. CORNIFICIVS adolescentis Orestillae filium; hic est fortasse eius filius, quem Ciceronis collegam in augurata fuisse, inscriptio epistolarum ad eum lib. XI. significat. Orestilla Catilinae uxor fuerat. Sigonij liber, Cornificius adolescentem ille sibi filiam. ego ex hac uarietate, nescio quam uere, certe non longe ab antiquis uestigijs, hoc dicio: Cornificius adolescentem Sullae filiam sibi despondit. altera enim Sullae maior filia, Fausta, Mioni nupsiterat: quod ignorat nemo. ita de Cornificio intelligendum erit, ad quem sunt epistolae lib. XI. PAULLA; raro quidem cognominibus mulieres utebantur: sed, numquam, qui putarunt, plane fiantur. id quod, ut Plutarchi testimonium omittam, uel hic locus ostendit. Sullae uero filiam, quam Mioni nupsisse proxime diximus, quis nescit Corneliam fuisse, cum eadem tamen Fausta uocaretur? quid Orestilla, a Coelio, & Sallustio, quid Laterensis a Valerio Max. lib. IX. cap. 2. nominata, non aperte cognomen est? nam a nominibus omnes appellatas, ut Valeria, Terentia, Tullia, satis inter omnes constat. Haec uero Paulla eadem est, quae Polla uocatur ep. 8.lib. XI. VALERIA; cum sit soror Triarij, Valeriae gentis esse eam oportuit. TRIARIJ; hic est P. Valerius Triarius, qui Scaurum accusauerat Cicerone defendantem, eius Triarij filius, qui legatus L. Luculli bello Mithridatico male rem gesserat. Sed hic eloquentia ualuit, & in Bruto praeclare laudatur his uerbis: Me quidem admodum delebat etiam Triarij in illa aetate plena litteratae senectutis oratio. quanta seueritas in uultu, quantum pondus in uerbis, quam nihil non consideratum exhibat ex ore. Libro etiam de Finibus 1. testimonium ei doctrinæ tribuitur. Periit ciuilibus armis. quod in eodem Bruto legitur. D. BRUTO; qui cum M. Bruto, & C. Casio Caesarem occidit. haec eit illa Polla, quae nominatur ep. 8.lib. XI. sic Olla pro Aulla. NON DVM templerat. nondum retulerat, ad quos referendum erat, denouis nuptijs. nam de diuortio retulisset, ante quam fieret. MINIME. VELLEM.; in amici igitur domo. IMPERATOREM; quem de adulterijs percunctari cum non deceat; mihi tamen, inquit, Coelius per iocum, hoc non displicer. Imperator apud Isum, parta de Amaniensibus uictoria, Cicero appellatus erat.

Argumentum ep. 8.

PRiuata primum narrat, de iudicijs: deinde subiungit publica, de S.C. de Pompeio, Caesare, Curione: postremo, iterum de priuatis agit, quae ad ipsum pertinent, ideo de pantheris, de syngrapha Sittiana, de liberto Philone, & Diogene Graeco.

M. COELIUS S. D. M. CICERONI. 8.

ET SI drep. quae tibi scribam, habeo: tamen nihil, quo magis gauiurum te putem, habeo, quam hoc. scito C. Sempronium Rufum, Rufum, mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. quaevis, quia in causa? M. Tuccium, accusatorem suum, post ludos Romanos reum lege Plotia de ui fecit, hoc consilio, quod uidebat, si extraordinarius nemo reus accessisset, sibi hot anno causam esse dicendam. dubium porro illi non erat, quid futurum esset. nemini hoc deferre musticum maluit, quam suo accusatori. itaque sine ullo subscriptore descendit, & Tuccium reum fecit. at ego, simul atque audiui, innocatus ad subsellia rei atcurro: surgo, neque uerbum de re facio: totum Sempronium usque eo perago, ut Vestorium quoque interponam, &

illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficiis dederit, si quid iniurijs suis esset, quod Vestorius tenret. Haec quoque magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius, postquam, ut coepera, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non uenderet cuiquam, reliquerat; maxima nobis traditus erat iniuria: neque Laterensis praetor, postulante Panania, nobis patronis, quae pecunia peruenisset, recipere noluit. quod Pilius, necessarius Attici nostri, de repetundis eum postulauit; magna illico fama surrexit, & de damnatione seruenter loqui est coepit. quo uento projectus Apollinus minor, ut indicet, pecuniam ex bonis paternis peruenisse ad Seruilium, praecuaricationisq. causa dixerat depositum H-S LXXXI. admiraris amentiam. quid, si actiones

actiones stuleissimis; quid, si nefarioris patris confessiones audissemus & mittit in consilium eosdem illos, qui litis aequaliter, indices. cum aequo numero sententiae fuisse, Laterefis, leges ignorans, pronunciauit quid singuli ordines iudicassent; & ad extremum, ut solent. Non redigam postquam discessit, & pro absoluuo Seruilius habeti coepit; legisq. unum & centesimum caput legit, in quo ita erat; Q uod eorum iudicium maior pars iudicari, id ius, ratiunc. estio in tabulas absolutum non reuit, ordinu iudicia perscripsit. postulante rursum Appio, cum L. Lollio transexit, & se relaturum dixit. sic nunc neque absolutus, neque damnatus Sernilius, drepundis, saucius, Pilio tradetur, nam, de diminutione, Appius, cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilioq. cessit; & ipse de pecunij repetundis a Serniliis est postulatus, & praeterea de vires a quadam suo emissario est factus. recte hoc par habet. Quod ad rem perinet, omnino multis diebus, exspectatione Galliarum, actum nihil est, aliquando tamen, resaepe relata, & grauiter acta, & plane perspecta. Cn. Pompeij uoluntate in eam partem, ut eum decidere post Kal. Mart. placet, s. c. quod tibi misi, factum est, auctoritatesq. perscriptae. s. c. auctoritas. Pridie Kal. Oct. in aede Apollinis, scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimi T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Ateius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus cos. V. F. de prouincijs consularibus: D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus cos. cum magistratum inissent, a. d. ex x. Kal. Mart. quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus prouincijs ad senatum referrent, neve quid prius ex Kal. Mart. neve quid coniunctim de ea re referretur a consulibus; utiq. eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, s. Q. C. facerent: & cum de ea re ad senatum referretur a consulibus, qui eorum in CCC. iudicibus essent, sex abducere liceret: si quid de eare ad populum, plebem uelato opus esset, ut Ser. Sulpicius, M. Marcellus cos. praet. trib. pl. quibus eorum uidetur, ad populum, plebem ueferrent: quod iij non tulissent, uti quicunque deinceps essent, ad populum, plebem ueferrent.

I. V. Pridie Kal. Oct. in aede Apollinis, scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimi T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Ateius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus cos. V. F. de prouincijs: D. E. R. I. C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de rep. quam primum ad senatum referri, s. Q. C. fieri possit: qui impedierit,

eum senatum existimare contra remp. fecisse: si quis huic S. C. intercesserit; senatui placere, auctoritatem perscribi, & de eare ad senatum, populumq. referri. Huic S. C. intercessit C. Coelius, L. Vicinius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa. Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Caesaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur, causasq. cognoscantur. si quis huic S. C. intercesserit; senatui placere, auctoritatem perscribi, & de eare ad hunc ordinem referri. Huic S. C. intercessit C. Coelius, C. Pansa trib. pl. Itemq. senatui placere, in Ciliciam prouinciam, inq. I I X reliquias prouincias, quas praetorij propriae obtinerent, eos, qui praetores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias praetores mitti placere: si ex eo numero, quos S. C. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficierentur; tum, uti quodque collegium primum praetorium fuisset, neque in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias proficierentur: si ad numerum ij non essent; tunc deinceps proximi cuiusque collegij, qui praetores fuissent, neque in prouincias profecti essent, in sortem coniigerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret: si quis huic S. C. intercesserit, auctoritas perscriberetur. Huic S. C. intercessit C. Coelius, C. Pansa trib. pl. Illa praeterea Cn. Pompeij sunt animaduersa, quae maxime confidem attulerunt hominibus; ut diceret, se ante Kal. Mart. non posse sine iniuria de prouincijs Caesaris statuere, post Kal. Mart. se non dubitaturum. Cum interrogaretur, se qui tum intercederent; dixit, hoc nihil interesse, utrum Caesar senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui senatum decernere non pateretur. Quid si, inquit alius, & consul esse, & exercitum habere uoleat? at ille, quam clementer: Quid, si filius meus fusim mihi impingere uoleat? his uocibus, ut existimarent homines Pompeio cum Caesare esse negotium, effecit. itaque iam, ut video, alterutram ad condicionem descendere uult Caesar; ut aut maneat, neque hoc anno sui ratio habeatur; aut, si designari poterit, decadat. Curio se contrareum totum parat. quid assequi possit, nescio. illud video, bene sentientem, et si nihil efficerit, cadere non posse. Me tractat liberaliter; & mihi suo munere negotium impo- suit. nam, si mihi non dedisset eas, quae ad ludos ei adue- elae erant Africanae; potuit superfedere. nunc, quando dare necesse est; uelut tibi curae sit, quod a te semper perij, ut aliquid istinc bestiarum habeamus: Sittianamq. syngrapham tibi commendo. libertum Thilonem istuc misi, & Diogenem Graecum, quibus mandata, & litteras ad te dedi. eos tibi, & rem, de qua misi, uelut curae ha- beas. nam, quam uehementer ad me pertineat, in ijs, quas tibi illi reddent, litteris descripsi. Vale.

EXPLANATIO

RUFUM, Rufum, { iterat Rufi nomen, ut indicet magis, de quo loquatur: quasi hoc dicat, Rufum illum, qui tibi tam iucundus est, nec abest iocus. Hic Rufus, quod habuerit cu^m Vestorio controuer- sium, ut infra quoque licet coniugere, vocatur Rufio Vestorianus ep. 14. ad Att. lib. xv. nominatur etiam ep. 2. ad cundem, lib. 2. M. B. L., { sic appellamus ea, quibus mire delectamur. Plautus in Curc. Si ab- sum, haud recusem, quin mihi male sit, mel meum. DELICIAS. TVAS, { sic locutus ep. 1. lib. vii. Deliciae tuae, noster Aesopus. CALVNIA M. tulisse: } ad accusandum descendisse. Infra:

Cum

Cum calumniam iurasset. **M A X I M O . P L A U S V** omnis approbantibus: cum laetarentur, quod accusaret accusatorem suum. **T V D I S S E**. pro, Detulisse: accusasse de calunnia, praesertim accusatorem suum. unde sequitur: Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori. **L E G I** *Plotia de ui* causas de ui ante alias extra ordinem agebantur. quod etiam ex oratione pro Coelio, quem de ui accusatum Cicero defendit, satis liquet. fuisse autem de ui leges duae, una tribunicia Plotia, altera consularis Lutatia: de quibus in libro nostro de Legibus. **D V B I V M** illi non erat, non erat ei dubium, quin condemnaretur. quod ut effugeret, de accusatore suo consilium cepit, eq. criminis, quo caussam ab eo extra ordinem dicendam uidebat. sperabat enim, eo damnato, prorsus omni se periculo, omnino molestia liberatum. **D E F E R R E** *m u n i c u l u m* neminem accusare maluit, quam suum accusatorem, sic locutus ep. 13. **S Y B S C R I P T O R E** erant, qui subscriberent accusantibus, opemq. ferrent, ut reus omnino damnaretur. Cicero in Diuinat. in Verrem, pro Cluentio, ep. 1. lib. III. ad fratrem. **N S Q V E**, **E O**, **P E R A G O**, ita cum oratione exigito, ita uero, ut Vestorij quoque mentionem faciam. cum quo negotij quiddam Sempronio fuisset, cognoscitur ex epi. 2. lib. vii. ad Att. **F A B U L A M** non, fictam rem, quales fabulae sunt, sed quod, tamquam fabula, rideri possit. **T I B I** pro beneficio dedit, collatum in te beneficium existimari uoluerit. **S I**. **Q V I D** *i n i u r i j s* suis esset, quod Vestorius tenet. cum sit huius loci mihi quidem perdifficilis intelligentia, a duobus ueteribus libris, uno Siganij, altero meo, discendum non putavi: ut sit, quo niti conjectura possit, si quis ingenio ueritatem uelare uoluerit. quod si ex his uerbis aliquam omnino cogat elicere sententiam, interpretabor hoc modo: Tibi pro beneficio dedit, si quid esset iniurijs suis, id est, si quid esset suo damno, suaq. iniuria, quod Vestorius teneret. quasi ademptum sibi aliquid, ac teneria Vestorio diccret, quod aliqua eius iniuria fieret. nam ut, *In iuria*, interdum aduersibile ponimus, ut, *In iuria facis* hoc: sic uidetur pronomen addi posse, ut dicatur, *In iuria mea facis* hoc: quemadmodum, *In gratijs*, &, *In gratijs tuis*, Merito, & Merito me ueteres dicebant. Paullo asperius hoc est, aliquis dicit, quis negat uerum hanc asperitatem Coelius amauit ut in eius uifa iam ostendimus. Tres praeterea minime recentes libri pro, Si quid, habent, Si quod: duo, Quo Vestorius. Quod autem pro, *In iurijs suis*, in quo mei quidem scripti libri omnes consentiunt, non nulli reposuere, *Iuris sui*: commentarium suspicor, & eo magis, quod iudicium, *In iurijs suis*, esse in suo illo peruertere libro, editis antea, ut ipsi uocarunt, castigationibus indicauerant: nec tamen huius potest mutationis caussam ostenderunt. **T U R B A R A T**, Turbare, & Conturbare, decoctorum est: nec de sunt apud Ciceronem exempla, ep. 7. lib. iv. ad Att. & in oratione pro Plancio. **Q V O D** non uendere cuiquam, Quisquam, tribus modis uidetur usurpari: cum dubitamus, ut, si quisquam ita sentit: cum negamus, ut, ne quisquam putet: cum interrogamus, ut, quisquam tam impudens reperietur? Coelius tamen hic neque dubitat, neque negat, neque interrogat, sed affirmat. & puto ueteres ita locutos, quorum scripta sine delectu Coelius imitatus est. confirmatur hoc exemplum altero Aemiliani Scipionis exemplo: cuius uerba, ex oratione contra legem iudicariam Ti. Gracchi, a Macrobiu recitata cum legerem, hoc animaduerti: Haec enim mihi narrabat quisquam, non poteram animum inducere, ea liberos suos nobiles homines docere. Liber Siganij habet, Quo inquam; orta occasione mendi, quia priscis temporibus Quoiquam, pro Cuiquam, scribatur. **N O B I S** seipsum intelligit, Seruiliu[m] caussam defendantem. **I N V I D I A**: cum iniurias esset omnibus. Siganij liber, Maxime qui nobis traditus erat inuidiae, minor igitur mutatio fieret, si legeretur hoc modo: Maximaq. nobis traditus erat inuidia. est uideo sententiam claudicare: sed in Coelio ferenda sunt omnia. **L A T E R E N S I S**: Inuentiae gentis. **P O S T V L A N T E**: non accipio pro, accusante, nam accusator Seruiliu[m] in causa repetundarum Pilus fuit, non Pausanias. Postulantem igitur est, perente, ut agere licet contra eos, ad quos ea pecunia peruenisset. unius fortasse fuit de creditoribus Seruiliu[m], aut etiam amicus, qui, excusata eius inopia, postularet a praetore, ut, ad quos credita Seruilio pecunia peruenisset, quaereretur; quando Seruilius ipse solvendo non esset, quod imperatum a praetore non est; non quod uitatum non est; uerum, quia Seruilius ei odio erat, confirmat enim Coelius his uerbis, quod proxime dixerat, Maxima nobis traditus erat inuidia. Liciisse autem per leges in causa repetundarum agere aduersus eos, ad quos ea pecunia peruenisset, Cicrone teste probabimus. Est, inquit in oratione pro Rabirio, haec causa, quo ea pecunia peruenierit, qualis quaedam appendicula causae indicatae, atque damnatae, sunt lites aestimatae A. Gabiniu nec praedes dedit, nec ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, a populo recipi, lex aqua est. iuber lex Iulia perfugabij, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, peruenierit. si est hoc nouum in lege Iulia, sicuti multa sunt severius scripta, quam in antiquis legibus, & sanctius indicata: sane etiam confundit huius generis iudiciorum noua. Sin hoc totidem uerbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelii, sed etiam ante in lege Seruilia: per deos immortales, quid agimus iudices, aut quem hunc morem nouorum iudiciorum in rem inducimus? erat enim haec consuetudo nota uobis quidem omnibus, sed si usus magister est optimus, mihi debet esse notissima. accusati de pecunijs repetundis: iudex sedi: praetor quaefuui: defendi plurimos: nulla pars, quae aliquam facultatem dicendi afferre posset, non mea fuit ita contendit, neminem umquam, quo ea pecunia peruenisset, caussam dixisse, qui in aestimandis litibus appellatus non esset. Venit etiam in mentem, Postulante, de accusatore Pausaniam dictum esse: quia sequitur, Nobis patronis, quod si ita est, bis de repetundis postulatum Seruiliu[m] dicemus, primum a Pausania, & dominatum sicut hic de exitu iudicij mentio nulla fiat; sed ex his uerbis intelligitur, Quo ea pecunia peruenisset: quae actio damnationem profectio consequitur: dcinde a Pilio: quod iudicium nondom est factum, manifeste infra demonstrant ea uerba, De repetundis, sauciis, Pilio tradetur, sed aduersant ea ratio,

caratio; quod si accusatus esset antea de repetundis, abijset in exsulum, nec alterum de eodem crimen
 iudicium expectasset. ATTICI. NOSTRI, cuius uxor Pilia fuit, saepe in epistolis ad eum no-
 minata. FERVENTER; ualde non frigide: ut ep. 9. Feruentissime concerpitur. LOQVI pa-
 sione in tribuit uerbo, actionem potius requirenti. Sed antiquum fuit, id est Coelianum. QVO. VEN-
 TO p. o'icitur: qua fama ualde commotus est Appius, usque eo, ut eundem Seruilium de praeuarica-
 tione accusarit. APPIVS. MINOR, duos fratres Claudiæ gentis nominat Pedianus in argu-
 mento orationis pro Milone, filios C. Clodij, qui P. Clodij frater fuerat, utriusque praenomen Appio fuit;
 sed, ut internoscerentur, Appius maior, & Appius minor, actatis ratione habita, vocabantur, ut femi-
 nae, ante quin nuberent, cum duas sorores essent, muor, & minor appellabantur, itaque duas Octaviae,
 maiorem, & minorem, Suetonius nominat in Augusto. Pediani uerba sunt haec: Postulauerunt apud Pom-
 peium, familiam Milonis exhibendam, duo adolescentuli, qui Appij Clodij ambo appellabantur, qui
 erant C. Clodij filij, qui frater fuerat Clodij, de quibus infra quoque idem Pedianus mentionem facit.
 Quero igitur, cum duo fuerint Appij fratres, maior, & minor, C. Clodij filij, primum, cur neuter eorum
 patris praenomine sit usus; deinde, cur uterque Appius eodem praenomine. Verisimile est, adoptatos esse
 ab eorum patre Ap. Claudio, qui Ciliciam rexiret ante Ciceronem, & ab eo praenomen accepisse; quod
 fieri solitum est, deinde, ut distinguerentur, maiorem, & minorem esse nominatos. Accedit ad hanc ra-
 tionem altera, ut ego arbitror, aliquanto firmior, quod in hac epistola iuxtre patrem eorum Coelius ostendit: infert enim, Quid, si nefaria patris confessiones audissem? at eorum patrem naturalem C. Clodium
 iam decessisse, Pedianus uidetur significare, cum dicat, Qui erant C. Clodij filij, qui frater fuerat Clodij,
 ex quo sequitur, ut de patre adoptuo sit intelligendum. qui cum & ipse Ap. Claudio vocetur, quoniam
 non possumus esse, praeter Appium illum, qui consul cum L. Domitio fuit, & post consulatum Ciliciam admi-
 nistravit. Nec mirum uideatur, eodem praenomine duos fratres esse uulos, nam hoc uisitatum in gente
 Claudia, ex historia cognovimus. Appius enim Cladius, cognomento Caedex, qui consulatum gessit
 anno v. c. c d x x c i x, frater fuit Appij Clodij Caeci, teste Gellio lib. x viii. video etiam apud Liui lib.
 x x i i i, duos Labeones fratres eodem praenomine appellari. Ex bonis pa.ernis, a patre suo
 datum Seruilio, eius accusatori, ut praeuaricaretur. DICERET; aut hoc abundat, cum, Indicet,
 dixerit: aut mendosum uidetur: cum, Dicat, ad uerbum, Indicet, rectius accommodetur. DEPOSI-
 TVM, ab Appio patre, quod Seruilio datur, si praeuaricatus esset; in quo spem locabat absolutionis
 suae. Signum liber, Positum, H-S LXXXI prorsus hoc depravatum suspicor, nam neque satis magna
 conficitur pecunia ad emendam praeuaricationem: & perfectum potius numerum in veterum libris nomi-
 natum animaduerti, ac potest ex ignoratione antiquarum notarum fluxile mendum, & f. Etum esse
 LXXX, ex eo, quod fortasse fuit, ccc i ccc, quae sefteriorum erunt centum millia, id est pecuniae
 nostratis tria millia scutatorum, quamquam haec quidem corrupto accusatori merces pro rei magnitudine sa-
 tis ampli mihi uidetur. AMENTIAM, qui flagitiū aperiat patris sui, a quo reo indicet data Seruilio pecu-
 niā, ut praeuaricaretur. ACTIONS, in persequeāda accusatione, quid enim stultius, quā in consilium
 mittere eodem illos iudices, qui lites aestimarent? NEFARIAS, nefas enim, pecunia salutem emere, accu-
 satore corrupto. MITTIT, in consilium, post auditā cognitamq, caussam, ut sententias de Seruilio ferrēt;
 cum eos rejicere deberet, ut suspectos. Mittebat iudices in consilium accusator, ut hic & pro Cluentio:
 Cur eum cum in consilium iretur, Cluentius, & Canutius abesse patiebantur? cum in consilium n. itebant,
 Stelenum indicem, cui pecuniam dederat, non requirebant. Et apud Valerium Max. lib. vi. cap. 2. Cn. Piso,
 Manilius accusator, interroganti Pompeio, cur se quoque non accusaret, Dic, inquit, uades recip. te, si postula
 tus fueris, ciuile bellum non excitaturum: iam de tuo prius, quam de Manilius capite in consilium iudices
 mittam. Practoris quoque, mittentis in consilium iudices, exemplum habemus in Asconio. Cato praetor,
 inquit, in consilium de calumnia accusatorum misit. QVI liis aëstimabant, qui de repetundis iudica-
 uerant, in causis enim repetundarum lites aestimabantur: ut, quantum a reo damnato esset exigendum,
 cognosceretur. Hinc licet intelligere, accusatum Appium patrem a Seruilio de repetundis, eoq, praeuar-
 cante absolutum. nec dubito, quin repetundarum crimen ob Sardiniam auare administratam obiectum
 Appio sit: nam eam praetor rexerat: quod apud Plutarchum in Caesare legimus. Iudices autem, qui cum
 absoluissent, numquam omnino accusatum ab Appio minore Seruiliū damnassent: ne, si praeuarica-
 tionem crederent, suum de Appij absolutione iudicium damnare uiderentur: quem absolutum propter in-
 nocentiam uideri uolebant, non quod Seruilius praeuaricator caussam prodidisset. Stulte igitur Appius
 minor eos iudices in consilium milit, ut sententias de Seruilio ferrent. Hic ne quis imiretur, quod cum
 dixerit postulatum a Pilio Seruiliū de repetundis, iudicium factum de praeuaricatione prius, quam de
 repetundis, demonstret, nam praeuaricationis causa tamquam appendix est rei iudicata: itaque extra
 ordinem statim agitur. Qui autem de repetundis, id est de corruptis iudicij iudicabant: & ad crimen cor-
 rupti iudicij praeuaricatio pertinet: itaque mirum non est, qui iudices in Appij caussa repetundarum fue-
 rent, eodem in Seruilius praeuaricationis causa sedisile. Pro Cluentio: An, ut praeuaricaretur? iam id quo
 que ad corrumpendum iudicium pertinet. Et in eadem infra: Fidicularius quid fecisse dicebatur? acce-
 pisse a Cluentio H-S CCCC, cuius erat ordinis? senatorij, qua lege in eo genere a senatorore ratio repeti-
 solet? de pecuniis repetundis. Quod autem, Litis, pro Lites, scriptum sit; antiquae consuetudinis est. Pri-
 stanus lib. vii. Lites, & Litis: Cicerio in frumentaria: Sedasti etiam litis illorum. AEQV O numero: ae-
 quo sententiarum numero reus absolvatur, habendam scilicet humanitatis rationem ueteres illi legum la-
 tores censuerunt; ut, in re dubia, ad infericordiam inclinatio fieret. testem habeo Ciceronem in oratione
 pro

pro Cluentio. In consilium, inquit, ituri erant iudices triginta, & duo. sententijs decem, & sex absolutis confici poterat. Confirmat in Mario Plutarchus: Παραλόγως ἀπέφυγε, τὸν οὐδὲν γενομένων. Hoc Laterensis ignorans, cum absolutum Seruiliū, ob sententiarum paritatem pronunciare deberet, non pronuncianuit absolutum, neque de sententiarum numero mentionem fecit, sed, cum tres ordines, senatus, equites, tribuni aerarij lege Aurelia iudicarent, ordinum iudicia exposuit; quibus absolutum Seruiliū, haec infra uerba demonstrant, Pro absoluto Seruiliū haberi coepit. in quo geminus Laterensis error agnoscitur, primum, quod aequo sententiarum numero absolui reū ignorauit; dcinde, quod in absoluendo, aut condemnando habendam ordinum rationem arbitratus est; ut, quem ordines duo absoluissent, aut damnassent, is absolutus, aut damnatus putaretur: cum non intelligeret accidere posse, ut, a duobus ordinibus absolutus reū, tamen damnaretur, ex uniuerso sententiarum numero, quarum maior pars uel salutem reū, uel poenam afferebat. exempli gratia, senatores reūm absoluti, item equites, sed utrique paucis sententijs tribuni aerarij omnes, aut plerique condemnant. quis non uidet absolui reū, si ordinum potius, quam sententiarum, ratio ducatur? contra tamen accedit: nam sententiae numerabantur, separatim quidem primo cuiusque ordinis, sed ut mox summa fiet ex omnibus: quarum maiorem numerum uel ab solutio reī, uel calamitas consequbatur. quod ne pūtetur a conjectura diūlū, quae saepe, tamquam in lubrico posita, ad falsa prolabitur: praeclarum contra ordines (urita loquar) pro sententijs habemus exemplum in utilissimo Pediani commentario: in quo damnatus a duobus ordinibus L. Saufeius, ex numero tamen sententiarum impunitate in consilio defuerunt. Subiungit autem: Senatorum urna copiose absolvit: equitum adaequavit: tribuni aerarij condemnant. Ex quo patet, si ordines considerentur, dubium esse iudicij exitum; cum unus absoluat, alter condemnet, tertius aequo sententiarum numero nihil decernat. numeratis autem senatorum, ac tribunorum sententijs, (nam equitum pares fuere) nūc tribus sententijs ea pars, quae absoluebat: qui scatores fuere: dixit enim, Senatorum urna copiose absolvit. Quid ipse Coelius non idem ostendit uerbis ex legis capite uno, & centesimo recitatis? Quod corum iudicium maior pars iudicari, id ius, ratumq. esto. Vt. SOLENT, } ut solent praetores, postea quam, quid iudices senserint, pronunciarunt. NON redigam. } antiqui moris ignorante sententia nobis obsevatur. absolutionē quidem significari, sequentibus uerbis intelligo. PRO ab soluto, } cum eum ab ordinibus absolutum praetor pronunciaaset. LEGIS } de iudicijs. IN tabulas, } in quaestione omnium solutiones, damnationesq. referebantur. ABSOLUTVM non retrlit, } primū et ordinum iudicij Laterensis absoluendum Seruiliū putauerat: mox incitiam suam deprehendit, lecto legis capite c. 1, in quo, numerandas iudicium sententias, plane cognoscetbatur, omisla ordinum mentione, sed hic etiam lapsus est, opinatus ideo non absolutum Seruiliū, quia iudicium pars maior pro eo non indicasset: cum par sententiarum numerus ad absoluendum sufficeret. ORDINVM iudicia perscripta, } haerebat Laterensis. pronunciauerat iam, ab ordinibus absolutum Seruiliū: ex quo referre in tabulas absolutum oportuit. rursus, cum cum a maiore iudicium parte non esce ab solutum uideret, putauit se contralegē facere, si ab solutum scriberet: itaque, ne uel contra suam pronunciationem, uel contra legē committeret, (cum ex pronunciatione absoluendus, ex lege damnandus ei uideretur) neque absolutum, neque damnatum in tabulas retulit: scriptis, quid singuli ordines indicassent. POSTVLANTE, } de repetundis, nam eodem crimine postulare non licet. TRANSEGIT, } uel amicus Laterensis fuit Lollius, cum quo de absoluendo Seruilio consilium cepit, uel ipsius Seruiliū patronus. RELATVRM in tabulas absolutum. DE REPETUNDIS, sauciis, } sauciis, & laesuis iudicio praeuaricatio- nis, (siquidem neque absolutus, neque damnatus est) de repetundis accusandus Pilio tradetur. NAM, de diuinatione, } caussam exponit, cur, cum ab Appio, & Pilio postulatum Seruiliū dixisset, unum posse a Pilium nominarit. Quod ad diuinationem, inquit, attinet, Appius contendere cum Pilio non est a fuisse, uter accusare Seruiliū deberet. Diuinatio dicebatur oratio, in qua de accusatore diligendo disputabatur; uel quod non de facto, sed de futuro conjectura quaereretur; uel quod iniurati iudices in ea caussa fedebant, & quod uellent, praesentire de utroque possent; uel quod res ageretur sine testibus, & sine tabulis, & his remotis, argumenta sola sequentur iudices, & quali diuinarent. sic enim putauit Asconius, cum Ciceronis Diuinationem in Verrem explanaret. uidendus & Gellius lib. 2. cap. 4. CVM calumniam i raffet, } Iurare calumniam, est, iurecurando profiteri se accusatorem, in caussa tamen haud quaquam iusta. Liuius lib. xxxiiii. Romanos in Hannibalem, & ipsos caussam odij querentes, instigabant. itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua ducebatur, subserbere odij, accusationibusq. Hannibal, & factionibus Carthaginiensium inscrere publicam auctoritatem; nec satis habere, bello uicisse Hannibalem, nisi uelut accusatores calumniam in eum iurarent, ac nomen descerrent: tandem peruererunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud senatum corum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendo inire. Pedianus in commentario Corneliana: Huc illud pertinet, cum iurasse dixit, semel priuatim, & iterum legatum, scilicet cum in Curionem calumniam iurauit. Supra quoque in hac ipsa epistola, Calumniam maximo plausu tulisse, pro, ad accusandum descendisse. SERVILIIS, propinquis M. Seruili. EMISSARIO est factus. } in antiquo libro Mediceae bibliotheca, & in duabus præterea, Petri Bembi, & Vbaldini Bandinelli, legitur, Emissa rustetio factus, fortasse corrigendum,

rigendum, Emissario, S. Tettio factus: ut existimat amicissimus meus. Tettios autem & libertos, & amicos Claudio fuisse, in qua gente erat Appius, ostendit Asconius, ubi in oratione pro Milone illum locum explanat: Haec insidiata Pompeio est, quamquam ibi tantum de Damione Clodij liberto loquitur. sed Damionem Tettiae gentis fuisse ostenditur in lib. IV. ad Att. ep. 3. itaque hic Coelius, de Appio loquens, Accusatus, inquit, est a quodam suo emissario Sex. Tettio. nam cum, Sextus, antiqui significare volebant, uel Sex. scribebant, uel S. ita patebit & uera lectio, & sententia. quo quidem eo magis inclino, quod etiam in libro peruertere Caroli Siganij scriptum uiideo, Omissa rustetio: ut in hac uarietate augeatur mendi suspicio, & ad ueritatem indagandam quasi latior uia paefiat. **R E C T E** hoc par habet. } preclare componuntur hi duo: cum emissarius eum ipsum reum faciat, a quo in alios emititi solitus erat. Par gladiatorum, dixit Cicero de optimo genere oratorum: quam uocauit compositionem ep. 8. lib. 2. **E V M** Caesarem. **P O S T . K A L . M A R T .** } pugnare uidetur hic Coelij locus cum Ciceronis loco ep. 3. lib. II X. ad Att. in quo, Pompeium M. Marcellum consuli, finienti prouincias Gallias Kal. Mart. restitisse, diferte scriptum est. Nec tamen aut Coelium, aut Ciceronem mentiri, credibile est, de Pompeij potius leuite, & inconstantia cogimur suspicari, qui, cum restitisset Marcello consuli, contra Caesarem agenti, postea cum eodem Marcello consenserit de successore Caesari mittendo. epistola quidem huius libri decima, hoc sensisse ostenditur, ne S. C. ullum fieret: quod erat, ne Caesari succederetur, contra Marcelli consuluis relationem. **A V C T O R I T A T E S Q .** prescriptae. } auctoritates dicebantur senatus consuli, nomina senatorum, qui scribendo affuissent: quod auctoritatem, & quasi pondus adderent senatori consulto. Praescriptae autem, non Prescriptae, mihi placere, ostendi iam ep. 2. lib. v. in eo loco, Illud senatus consultum ea praescriptione est. **A V C T O R I T A T E S .** } sic liber Siganij, & alij: mihi potius arrideret, Auctoritates: cum & Coelius proxime dixerit, Auctoritatesq. prescriptae; & Cicero lib. III. de Oratore, Eundem, id. quod in auctoritatibus prescriptis exstat, scribendo affuisse. **I N . A E D E S Apollini.** } senatus habebatur uel in sacris aedibus, uel in templis non sanctis, ut in curia Hostilia. templerum enim alia sancta, alia non sancta, ut ait Varro lib. 6. de lingua Lat. **S C R I B E N D O** affuerunt, } immunitum est: & subaudiendum, senatus consulto. sic enim tunc loquebantur. exempla vide, ep. 6. lib. xv. ep. 1. lib. vii. ad Att. de Oratore lib. III. Integrum autem posuit, senatus consulto scribendo Lamiam affuisse, ep. 29. lib. XII. Ponor ad scribendum, pro, Ponor affuisse scribendo, dixit ep. 15. lib. IX. Lampridius in Heliogabalo: Mater eius cum uenisset uocata ad consulum subsellia, scribendo affuit: id est, S. C. conficiendi testis. **L . D O M I T I V S . C N . F .** } scitu dignum est, quod in Nerone scripsit Suetonius. Perseuerauerunt, inquit, omnes in eodem cognomine. ac ne praenomina quidem illa, praeter quam Cnaei, & Lucij, usurparunt, eaq. ipsa insigni uarietate, modo continuantes unumquodque per trias personas, modo alternantes per singulas, nam primum, secundumq. ac tertium Ahenobarborum Lucios, rursus sequentes tres ex ordine Cnaeos accepimus: reliquos non nisi uicissim, tum Lucios, tum Cnaeos. Hic autem, qui scribendo affuit, consul fuerat cum Appio Claudio, Caesaris inimicissimus, quem praetor abeuntem consulatu, quem aduersus auspicia legesq. gessisse existimabatur, ad disquisitionem senatus vocauit: mox consul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit: successorq. ei per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfinium captus est. unde dimisus, Massilienses, obsidio laborantes, cum aduentu suo confirmasset, repente destitutus: acieq. demum Pharsalica occubuit: uir neque satis constans, & ingenio truci, quippe qui, consultante Cn. Pompeio de medijs, ac neutram partem sequentibus, solus censuit hostium numero habendos. De hoc, ut oratore, Cicero sic in Bruto: L. Domitius nulla ille quidem arte, sed Latine tamen, & multa cum libertate dicebat. Cnaeus autem pater eius, hic nominatus, is est, qui in tribunatu pontificibus offensior, quod alium, quam se, in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit: ac in consulatu, Allobrogibus, Arvernisq. superatis, Elephanto per prouinciam uectus est, turba militum quasi inter sollemnia triumphi prosequente. in hunc dixit Licinius Crassus orator, non esse mirandum, quod aeneam barbam haberet, cui os ferreum, cor plumbeum esset. Haec Suetonius. Addit Pedianus, ab eo tribuno pl. quod in augurum collegium a M. Scauro, principe ciuitatis, cooptatus non esset, diem ei dictam ad populum, & multam irrogatam, quod eius opera sacra multa populi Romani diminuta esse diceret. Notatur ut perfidius a Valerio Max. lib. IX. cap. 6. quod Bituitum, regem Aruernorum, per colloquij simulationem acerbitum, hospitioq. exceptum, nixislet, ac Romanu[m] nau[m] deportandum curasset. quod an uere scriptum sit a Valerio, potest ambigi: cum Liuius libro L X I . Q. Fabium, Domitij successorem, aduersus Bituitum feliciter pugnasse tradiderit. Idemq. Orosius lib. V. cap. x iv. scriptum reliquit. **A H E N O B A R B U S ,** } ut distinguatur a Caluinis. nam, ut idem Suetonius in eodem loco, ex gente Domitia due familliae claruerunt, Caluinorum, & Ahenobarborum. Ahenobarbi auctorem originis, itemq. cognominis habent L. Domitium; cui rure quandam reuertenti, iuuenes gemini, augustiore forma, ex occursu impetrasse traduntur, nunciare senatu, ac populo uictoriā, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem maiestatis adeo permultis malas, ut e nigro rutilum, aetiq. assimilem capillum redderent. quod insigne mansit & in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Confirmatur idem a Plutarcho, in Paulli uita, de huius origine cognominis. Quod autem, Ahenobarbus, non, Aenobarbus, maluerim scribere, si quis lapides Capitolini inspexerit, non mirabitur. Deductum uidetur, non ab, aeneus, aenea, aeneum, sed ab, aenus, aena, ahenum, quod Gellius, adspiratione inter duas uocales interiecta, scribere ueteres consueuisse demonstrat lib. 2. cap. 3. **Q . C A E C I L I V S ,** } hic est Scipio ille, Magni Pompeij sacer, eiusdemq. in tertio consulatu collega, qui, afiliatas Pharsalico proelio partes Pompeianas, in Africa rur-

sus, ope Iuba regis excitauit, natusq. a Caesare, ne uictoris in potestatem ueniret, ipse sibi mortem consciuit. Transiit autem a Cornelij in Caecilios, assumpto patris adoptiuui cognomine Pio, quod eum Q. Metellus Pius, Numidici filius, pontifex Max. adoptauerat. id quod in Dionis historia legimus lib. xi. Hunc Cicero Nasicam uocat ep. i. lib. 2. ad Att. quod eius patris, maiorumq. cognomen fuerat. Dio eodem libro. Idem tamen ueterem praenomine, quod a naturali patre acceperat, Publius appellatur interdum, ut a Cicerone in oratione pro domo. & in epitome Litiana, & apud Eutropium. Pater autem eius, ut eodem loco Dio scripsit, fuerat Scipio Nasica, avus item Nasica, quem nominat Cicero in Bruto. VILLIUS antiqua familia, primis fere temporibus a Liuio nominata. Annales dicti, ab eo, qui legem tulit, quo anno magistratus capereliceret. Villium Annalem Cicero etiam memorat in oratione pro Fundanio apud Priscianum lib. 6. Antea in omnibus impressis, Iulius. primi nos reposuimus, Villius. POM. tribus Pomptina fuit. nam ex xxxv tribubus, aliquam, ut inquit Pedianus, necesse erat, cuiuscumque esset ordinis, ciuis Romanus obtineret. is autem ostendebatur a praenomine suo, a nomine, (nomine antem familia significatur) a patris praenomine, a tribu, a cognomine, ut Philippica ix. Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus. Lemonia enim tribus est ablutiui casus: ut sit, ex Lemonia, ut inquit Asconius. in lapidibus autem antiquis fere semper, in libris aliquando prioribus tantummodo litteris significari tribus animaduertas, ut in hoc S. C. ubi enim legitur, Pom. sciendum est, Pomptinam intelligi: ubi Pop. Popilliam: ubi Pup. Pupiniam: ubi An. Aniensem: quod cum antea non esset exploratum, alij pro An. Capito, duabus uocibus coniunctis legebant Ancapito: Bernardinus autem Rutilius in suis annotationibus credit, antiquas notas fuisse, quae significantur, Atejus nepos. in quo quam deceptus sit, non attinet dicere. si enim ab aeo ostendendus aliquis erat, non ab eius nomine, sed a praenomine ostendebatur. sed incidit in errorem, quia tribum Aniensem non agnouit, quae duabus modo litteris, ut iam dixi, scripta fuerat. quae me ratio mouit, ut ubi, Puphirrus, uno tantum uerbo ante legebatur, duobus in nostro libro scriberem, Pup. Hirrus, id est Pupinia Hirrus. tribus enim ante cognomen ponebatur, ut & hic, & alibi licet uidere. Quoniam autem hanc tribuum cognitionem non ita facilem esse perspicimus, (nam & Volaterranus, & Alexander, qui dies Geniales scripti, & alij, quos non necesse est commemorare, parum uidentur in suis libris earum numerum, & nomina tenuisse) studiosis no fore profrus inutile, aut iniucundū arbitramur, si quae in hanc rationem dispersa in ueteru monumentis leguntur, coacta hue afferamus. quae cum olim scripsierim adolescentem, cum haec noua videbantur; nunc eadem, correctione quadam, breuissime colligam.

Fuerunt igitur Romanae tribus omnino xxxv. quarum nomina infra scripsimus, & scriptores aliquot, qui de iis locuti sunt, apposuimus, ut inde facilior carum, ac certior unicuique cognitio sit.
A E M . uel, A E M I . Aemilia. Cicero ad Att. lib. 11. Liuius lib. xxxix. antiquae urbis inscriptiones 75:
A N I . Aniensis. Cicero pro Plancio, Liuius lib. x. antiquae urbis inscr. 160: 175: & in lib. Petri Appiani de inscriptionibus antiquis totius orbis, 93.

A R N . uel, A R N I E N . Arniensis. Cicero in agraria 11. in Rullum, Liu. lib. vi. & lib. xxix. ubi corrupte legi putamus Narniensis. nam lapis antiquus, quem Vulfinijs in templi parietibus uidimus, expressam Arniensis mentionem continet.

C L A . Claudia. Liuius lib. 11. Virg. lib. vii. Dionysius Halic. lib. v. antiquae urb. inscr. 75: 84: 114. liber Appiani 479.

C L V . uel, C L V S T . Clustumina. Cicero pro Plancio, pro Balbo, antiquae urb. inscr.

C O L . Collina. Varro lib. iv. deling. Lat. Plinius lib. xix. cap. 3. Festus. antiquae urb. inscr. 27. 99. 120. liber Appiani 110.

C O R . Cornelia. Liuius lib. xxxix. antiquae urb. inscr. 29.

E S Q . uel, E X Q . Esquilina. Varro lib. iv. deling. Lat. Plinius lib. xix. cap. 3. Festus, antiquae urb. inscr. 75: Est praeterea in aedibus uiri optimi, ualdeq. erudit, Gentilis Delphinij Romani fragmentum antiqui lapidis cum hac tribu.

F A B . Fabia. Horatius epist. vi. lib. 1. Suetonius in Augusto, antiquae urb. inscr. 61. 73. 74: 76. & Petri Appiani lib. 62. 66. 335. 343. 500.

F A L . Falentina. Liuius lib. ix. in libro Appiani 105. 120. & Neapolii antiquus lapis est ita inscriptus:

C . P I S T O R I O . C . F . F A L . F I R M O . A E D I L . I I V I R . C V R A T O R I . O P E R . P U B L I C O R . item Iosephus εγερτηνιδειανης αρχαιολογιας λογωιγ, κεφαλη Ιξ.

G A L . Galeria. Liu. lib. xxvii. Plinius lib. vii. cap. 49. eti, pro Galeria, legitur Galerius. sed corrigendum locus est ex antiquo libro auunculi mei Francisci Asulanii. & antiquae urb. inscr. 89. 142: 159: liber Appiani 14. 15. 16. 19. 21. 22.

H O R . uel, H O R A T . Horatia. Scriptum in libris de hac tribu nihil est: in lapidibus tamen saepe nominatur, deducam satis constat a ueteri familia patricia, ut alias non paucas.

L E M . Lemonia. Cicero pro Plancio, Phil. ix. Festus. antiquae urb. inscr. 91: 151:

M A E C . Maecia. hanc in antiquis lapidibus duobus inuenimus: **C . O C T A V I O . C . F . M A E C . V E R O . C . H E R B A C I O . M A E C . R O M A N O .** in libris quinques nominatam obseruauimus, a Tullio lib. iv. ad Att. ep. 14. a Liuio lib. ix. & xxix. a Valerio Max. lib. 2. cap. 14. a Festo.

M E N . Mentina. Cicero lib. xiii. ep. fam. Iosephus εγερτηνιδειανης αρχαιολογιας λογωιγ, κεφαλη, cum quibus lapides tres consentiunt: **C . V A L E R I O . C . F . M E N . D O L V T I O . M A R C I A N O .**

A . M V N I O . A . F . M E N . E V A R I S T O .

C . C A T I O . C . F . M E N . B A L B O . C . C A T I V S . C . F . M E N . G A L L V S . & hic epist. 9. lib. xiiii. Puto

Puto tamen hanc tribum fuisse Meneniam potius, quam Mentinam, & corruptum esse Iosephi locum.
deducetur enim ab antiqua familia patricia, ut aliae o^{cto}, Aemilia, Claudia, Cornelia, Fabia, Horatia,
Papiria, Sergia, Veturia, nam Publilia nomen accepit a plebeia gente.

OVF. Ovfentina. Liuius lib. ix. Festus. antiquae urbis inscr. 86. 133. in libro Appiani 27. 28. 30. 51.
63. 71. 79. 84. 85. 86. & in lib. Veronensium antiquitatum sic: Q. EYFEMVS. Q. F. OVF. LVCVLLIVS.

PAL. uel, P A L A T . Palatina. Cicero in Verrem. Pedianus 18: Varro lib. iv. de ling. Lat. Plinius lib. xix.
c. 3. Liuius lib. xx. Festus. antiquae urbis inscr. 29. 34. 39. 62. 116. 155. 176: liber Appiani 17. 22. 34. 64.

PAP. uel, P A P I R . Papiria. Liuius lib. ix. Festus. antiquae urbis inscr. 72. 135.

P O B . Poblilia, quae deinde Publilia scripta est. sicuti ex Poblius Pablius factus est. reperitur in lapidi-
bus & PVB. & PVBLL. & P O B . Liuius lib. vii. antiquae urb. inscr. 10. liber Appiani 252. &
in libro Veronensium antiquitatum saepe. Exempla Publiliae, per uscriptae, quinque habemus, duo in
antiquae urb. inscr. 66. 81. tria in App. lib. 65. 105. 352. Puto hanc esse, quam Festus Popilliam nomi-
nat: de qua Valerius lib. ix. cap. 10. liber Appiani 297.

Pol. Pollia. Liuius lib. xxix. Valerius Max. lib. 11. cap. 4. & lib. ix. cap. 10. antiquae urbis inscriptiones
110. 113. 147: liber Appiani 18.

POM. uel, P O M P . Pomptina. Cicero ad Atticum lib. iv. Liuius lib. vii. Festus. antiquae urb. inscr. 114.
177. liber Appiani 141. 484.

PVP. Pupinia. Cicero ad Q. fratrem lib. iii. Liuius lib. xxvi. Festus. duo antiquorum lapidum exem-
pla exstant. alterum Capuae, D. VIBIDI. D. F. PVP. NIGRI; alterum Patauij, CLAVSIO. C. F. PVP.

QVI. uel, QVIR . Quirina. Cicero pro Quinctio. Asconius 61. Festus. antiquae urb. inscr. 15. 34. 44:
115. liber Appiani 14. 17. 18. 19. 103.

Rom. Romilia. Cicero in Verrem, idemq. in agraria 1. Asconius 18: Varro lib. iv. de ling. Lat. Festus. Ser-
uius in comment. 111. Aeneidos antiquae urbis inscr. 165: in libro Veronensium antiquitatum 51.

L. GALLIO. L. F. R O M . Est etiam Ferrariae semifractus lapis, in imis summi Templi parietibus in-
stratus, in quo ita scriptum uidimus, - ITILO. T. F. R O M .

SAB. Sabatina. Liuius libro vi. Festus. Lapis antiquus Romae in aedibus eximij Cardinalis Carpensis;
C N . C O R N E L I O . C N . F . S A B . M V S A E O . M A N C I P I . V I A E . A P P I A E .

SCA. uel SCAP. uel, SCAPT . Scaptia. Liuius lib. ix. Suetonius in Augusto, Festus. Lapidis antiqui
exemplum Romae exstat in regione Pantheonis: C. AVFELIVS. C. F. SCA. SEVERVS. & item
aliud, C. GRANTANIVS. SCAPTIA. MACER.

SER. uel, SERG . Sergia. Asconius 61. antiquae urb. inscr. 61. 63: 81: 165: est etiam in codem libro 63:
quattuor litteris SERG.

STEL. Stellatina. Liuius lib. vi, antiquae urb. inscr. 110. & duabus litteris. ST. 239.

SVB. Suburana. Varro lib. iv. de ling. Lat. Cicero etiam in agraria 11. quo in loco uidetur corrupte legi,
Ab Ocriculana: cum in quinque antiquis libris legatur, ab usura nam. unde mihi orta coniectura est,
legi posse, a Suburana, mutatione fere nulla. Plinius lib. xix. cap. 3. Festus. antiquae urb. inscr. 117.
& alibi.

TER. Terentina. Cicero pro Plancio. Liuius lib. x. antiquae urb. inscr. 140. 199. liber Appiani 105. 336.

TRO. uel, T R O M E N . Tromentina. Festus. Liuius etiam lib. vi. scripsit, Tromentina, ut opinor, non, ut
impressum est, Promentina. antiquae urb. inscr. 207: liber Appiani 16. 177. & in lapide, qui Caetae est,
L. A T I L I O . L. F. T R O M E N .

VEIEN. Veientina. pro Plancio.

VEL. Velina. Cicero ad Att. lib. iv. & in Bruto. Horat. ep. vi. lib. i. Persius, antiq. urb. inscr. 162. liber
Appiani 19.

VET. Veturia, hoc lapide notata, C. CASSIVS. C. F. VET. & hoc, SEX. APVSIUS. SEX. F. VET. & hoc,
SEX. CALPVNIUS. SEX. F. VETVRIA.

VOL. uel, VOL. uel, VOLTIN . Voltinia. Cicero pro Plancio. antiq. urb. inscr. 155. & in antiquo la-
pide, qui est Venetijs in turri S. Vitalis, C N . N V M E R I V S . C N . F . V O L . F R O N T O . Est & quattuor
litteris VOL. in Appiani lib. 484. alibi VOLTIN. & integrum VOLTINIA.

Ex hoc numero quattuor tantum urbanae fuerunt, Palatina, Esquilina, Collina, Suburana, in quas, ut
inquit Plinius, transferri ignominiae esset, dictae a partibus urbis, in queis habitabant. reliquae omnes ru-
sticae, laudatissimae, eorum, qui rura haberent: quae proprie ingenuorum erant; cum urbanae libertino-
rum essent: ut in Asconio, & in epitome Liuiana lib. xx. Asconium autem, ubi illud in Verrem explanat,
v. & xxx. tribus, cur de nominibus Sabinarum plures tribus esse factas dixerit, mirari non satis possum; cum
a Sabinis non tribus, sed curiae nomina acceperint ut inquit Liuius lib. i. & Sex. Pompeius. C. LVCEIVS }
C. Lucius antea legebatur in omnibus vulgatis libris: quod etiam in antiquis video scriptum esse. uerum
non indiligerent a nobis obseruata Romanorum nominum ratio mendum olim patefecit. non enim duo
praenomina, Caius, & Lucius, simul esse possunt: & omnino familiae nomen posteriore loco requiritur:
nec video, quid commodius pro, Lucius, reponi possit, quam, Luceius. quod cum mihi placuisse multis
ab fine annis; postea cum ab alijs probatam esse coniecturam nostram intellexerim, confirmor aliquanto
magis in ueterre sententia. HIRRVS, & cognomen, Hirrus, & praenomen, Caius, indicant eum esse,
quem siuum in aedilitate competitorem nominauit Coelius ep. 2. Et, ut aliud ex alio, suspicor, quem legi-
mus Vlciudem Hirrum apud Caesarem lib. i. de bel. ci. mutandum esse in, Luccerum Hirrum. Hic in sequen-
tibus

tibus senatus consulti partibus, quibus intercessum est, non affuit scribendo, fortasse quod aliter sentiret, aut ne Caesarem offendiceret; in quem fieri praeiudicium uideret: ideoq. etiam intercessum est. **C V R I O,** tribunus pl. designatus: quo tempore fauere Pompeio contra Caesarem uidebatur: idq. tum historiae narrant; tum etiam arguimento est, quod affuit scribendo senatus consulto, pro optimatibus, id est pro Pompeio contra Caesarem facta. adeo enim scribendo soliti sunt, qui senatus consultum fieri uellent: quod ostendit ep. 6. lib. xv. **C A P I T O ,** cognomen est & gentis Ateiae, ut hic, & ep. 29. l. xiiii. cognoscitur; & Fonteiae, testimonio Plutarchi & Horatij: quorum ille in Antonij uita Fonteium Capitonem, hic cundem sat. v. lib. i. nominat. **M. M A R C E L L U S . C O N S U L ,** nam Sulpicius collega aequior in Caesarem fuit, nec ei ante absolutum decem annorum spatum, Vatinia primum, deinde Trebonialege datum, succedendum putauit: ne causa belli ciuilis oriretur. itaque, cum ad eum scriberet Cicero ep. 1. lib. v. Cognoram, inquit, iam absens, te, haec mala multo ante prouidentem, defensorem pacis, & in consulari tuo, & post consulatum fuisse. Et ep. 2. eiusdem libri: Omnia utriusque consilia ad concordiam spectauerunt. Et ep. 3. Absens cognoscet, quae esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & praedicendo sententia: & ipse affuit prius temporibus tui consulatus, cum accuratissime monuisti senatum, collectis omnibus bellis ciuilibus, ut & illa timerent, quae meminissent; & scirent, cum superiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudelis fuissent, quicumque postea remp. oppressislet armis, multo intolerabiliorem futurum. quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem, & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia, occidisse, cum tua prudentia salvi esse potuissent. Legimus etiam in Suetonio, M. Marcelli consuli Caesarem restitisse, partim per Ser. Sulpicium alterum consulem, partim per intercessores tribunos pl. **V. F. ,** usitatus loquendi modus in ostendenda relatione. nam, V. F. quod est, uerba fecit, idem ualeat, quod, retulit, apud Frontinum de aquae ductibus. **D E p r o u i n c i i s c o n s u l a r i b u s ,** ut succederetur ijs, qui consulares prouincias obtinebant: quod generale uidebatur: sed prouincia Caesaris utraque Gallia maxime petebatur. duas autem quotannis prouincias ijs decerni, qui consules fuissent, lex Sempronia uibebat: qua de re fit mentio in orationibus pro domo, & de prouincijs, & ep. 7. lib. i. Retulit igitur primum consul Marcellus de consularibus prouincijs, mox de omnibus uniuersitate prior relatio ualuit: quia nemo intercessit: ex quo factum est senatus consultum: de uno dixit Coelius, Senatus consultum, quod tibi misi, factum est. posterior autem relatio, tres partes complexa, quas paullo post ostendemus, infirma fuit: quia singulis partibus tribuni pl. intercesserunt. ideo factum de ijs senatus consultum non est, (non enim hoc nomen ad ea senatus decreta pertinet, quibus interdicitur) sed senatus tantum aucto ritas remansit: quae quid a senatus consulto differat, demonstratum est epist. 2. libri i. **D. E. R. I. C. ,** de ea re ita censuerunt. Sic enim Probus interpretatur: eadem litterae in senatus consultis a Frontino recitatis in libello de aqua ductibus leguntur. & apud hunc nostrum oratione 119. in Antonium: Quod L. Opinius consul uerba fecit de rep. de ea re ita censuerunt. **L. P A V L U S ,** hic initio consulatus acerrime Caesaris causam oppugnauit: ut legitur ep. xi. potea silentium Caesaris uendidit, acceptis M. D. talentis. Plutarchus in Caeſare, nota etiam ex alijs historia. Ad hunc epistolam Ciceronis habemus lib. xv. **C. M A R C E L L U S ,** proutem fuisse M. Marcelli consul, ait Suetonius: Dio patruelis fuerit, an frater, ambigit. ad hunc etiam scripsit Cicero lib. xv. est autem is, qui Octauiam, Octauii, postea felicissimi Romanorum imperatoris, soorem, in matrimonio habuit, ex qua Marcellum suscepit, eum, quem primo adolescentiae flore extactu Virgilius celeberrimo carmine deplorauit. **I N I S S E N T ,** imitantur Kalendas Ian. quod institutum est anno urbis D xcvi, cum insisterent ante Kalendas Mart. **A D E X x . K a l. M a r t. ,** sic est in tribus meis antiquis libris, & in uno Siganij, & in Mediceo. suspicor tamen locum non carere mendio, & legendum fortasse, A. d. ex Kal. Mart. uel potius, Ex a. d. Kal. Mart. quod ualeat, Ex ante diem Kal. Mart. nam ueteres consueuisse dicere, Ex ante diem, non, Ante diem ex, animaduerti. exempla subiungam. ep. 17. lib. iiiii. ad Att. Nuncij nobis tristes, nec uarij, uenerant ex ante diem non. Iun. Varro lib. i. de re ruuit. Ex ante diem vii. id. Febr. ex ante diem vii. id. Mai. ex ante diem iiiii. id. Sext. ex ante diem iiiii. id. Non. Liuius lib. xvi. Supplicatio pro concione populi indicta est ex ante diem V. id. Oct. cum eo die in quinque dies. Accedit Colotiani lapidis testimonium.

**M . A E M I L I V S . M . A N T O N I V S . I M P . C A E S A R . I I I . V I R . R . P . C .
E X . A . D . V . K . D E C . A D . P R . K . I A N . S E X .**

Vt alias omittam ueteres inscriptiones, quas in unum colligit Aldus filius. Quod autem, Ex a. d. Kal. Mart. malo legere, quam, Ex ad. x. Kal. Mart. infirmis in eo rationibus moueri non arbitror. Kalendas enim Martias omnino designari, non x. Kal. Mart. ex eo quod proxime supra dictum est, intelligitur: Perspecta Cn. Pompeij uoluntate in eam partem, ut eum decadere post Kal. Mart. placeret. Maxime autem confirmat opinionem nostram id, quod sequitur paucis interiectis uerbis: Ne ue quid prius ex Kal. Mart. ne ue quid coniunctim referretur a consularibus. Idem dies, eadem res ep. 3. lib. 119. ad Att. ostenditur: M. Marcelli consuli finienti prouincias Gallias Kal. Mart. resistit, quod attinet ad modum loquendi, Ante diem, ualeat Ad: non enim hoc loquendi genere mutatur is dies, qui deinde nominatur. itaque quod est ep. 22. lib. xiiii. Ad xiiii. Kal. Ian. senatus frequens mihi est assensus: in Philip. 14. est, Memoria tenent, me ante diem xiii. Kal. Ian. principem reuocandae libertatis fuisse. Et ep. 5. lib. xvi. qui dies sequitur nonas Non. appellatur ante diem 119. id Nou. quem 119. id. esse constat. Gellius quoque lib. xv. cap. 28. Cicero non dixit esse: tum ante diem 119. non. Ian. is uero dies 119. non. Ian. uocatur ep. 5. lib. viii. ad Att. Saepe autem imperii librarij, cum a. d. non intelligerent, scripserunt ad. quod mendum irrepserit in libros, in lapides non posuit.

ncc

nec multorum utemur testimonio: unum uidimus apud familiarem nostrum, virum optimum, & eruditissimum, Fulvium Vrlinum, ita inscriptum.

CN . CINNA . MAGNO

L . VALERIO . VOLESO . COS .

A . D . XIII . K . APRILIS

AD . MONVMNTVM . SOCIORVM

IN . CONVENTV . HABENDO . CVRATOR E

C . PETRONIO . C . F . FAL . VARIA . ACTVM . EST

ET . ITA . DECREVERVNT . LOCVM . L . SEMPRONI

D . L . HILARI . ET . OLLAS . V . DARI . ADSIGNARI

C . PETRONIO . C . F . FAL . VARIAE . CVRATORI

OB . PIVM . OFFICIVM . INDVSTRIAM . ERGA . SOCIOS

EIVS . MONVMNTI . ET . SOCIVMQ . EVM . ADSCIVER

Quae in suo magistratu futurae essent, } cum proxime dictum sit. Cum magistratum inissent, cur addatur, plane hoc suspicor ex margine libri, interpretationis loco appositum, irrepsisse in uerba S. C. ualde enim mendose totum hoc S. C. in antiquis libris etiam in Mediceo, scriptum est. REFERENT, } retulit Marcellus: Paullus, a Caesare emptus, tacuit. EX . KAL . MART . } ex his uerbis liquet, paullo ante legendum esse. Ex ante diem Kal. Mart. non, ut mendose scriptum est in omnibus antiquis libris, A. d. ex x. Kal. Mart. CONIVNC T I M } cum enim plura simul ad senatum referebantur, non facile omnia senatus maior pars comprobabat. ita saepe sicut, ut una res repudiata reliquas, quae omnino placerent, impedit. nam, cum dixisset senator, Diuide sententiam, ut de singulis rebus referretur; orta contentione dies consumebatur, lege permittente senatoribus, qua quisque de re uellet, quamq. diu uellet, dicere. itaque Festus inter impedimenta senatus consulti numerat hoc in uerbo Numera, cum senator diuisionem postulabat earum rerum quae referebantur. V T I Q . eius rei causa } antiquum est Vtiq. pro, & ut. ideoq. in senatus consultis ex ueteri consuetudine usurpatum. Phil. ix. & xv. in utriusque extremo. Sic & Piso apud Gelliū lib. vi. cap. 9. D I E S c o m i t i a l e s } per quos haberi senatum. leges ueatabant. ep. 2. lib. 2. ad Quintum fr. Consecuti sunt dies comitiales. per quos senatus haberi non poterat. Et eodem libro, epistola Risi: Comitrialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediti se lege Pupia, quo minus habeat senatum. Ad Lentulum autē, ep. 1. lib. 1. ijdem dies significantur ijs uerbis: Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id quod scis, non potest. Q VI . E O R V M } Qui senatorum. Sic infra. sic locutus & Linius lib. xxxii x. & Cato cap. 145. IN . C C C . Iudicibus } dixi iam, tres ordines lege Aurelia, senatum, equites, tribunos aerarios iudicasse. Sed omnes senatores, qui iudicabant, a iudiciis in senatum conuenire, ideo senatus uoluit ne per infrequentiam, quod saepe accidit, fieri S. C. non posset. certum enim senatorum numerum faciendo S. C. lex definiebat. Festus, & Dio: quorum testimonio hac ipsa de re iam usi sumus. Iudiciis autem implicati tenebantur senatores multi: itaque ille, qui scripsit ad C. Caesarem de rep. ordinanda, cuius exstat epistola, cum S. Illustrij fragmentis edita: Duabus, inquit, rebus confirmari posse senatum puto: si numero auctus per tabellam sententiam feret, tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in inuiditate, & praesidijs plus, & usus amplior est. nam fere, tres tempestatibus, alij iudiciis publicis, alij priuatis suis, atque amicorum negotiis implicati, haud sane reip. consilijs affuerunt: neque eos magis occupatio, quam superba imperia, distinuere. Trecentos autem ordinis senatorij iudices Plutarchus nominat in Graccho: sed hoc tempore trecenti sexaginta, electi a Pompeio tertium consule, iudicabat. docet hoc Velleius lib. 2. & Plutarchus in Pompeo. itaque miror trecentos dumtaxat nominatos. nisi si perfecti numeri potius, quam imperfecti, placuit appellatio: ut in Pisonem dixit Cicero, Quadragesima annis, pro triginta sex. quo loco Asconius usitatum ait fuisse Ciceroni, ut, omissa subtiliore annorum computatione, summatis tempus comprehendenderet: recitatq. illa in Catilinam, Vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis: cum octauus decimus dies esset. Aut igitur falsum iudicum numerum hacten tueamur: aut deesse, LX, censeamus: ut omnino sint, qui a Velleio, & Plutarcho nominantur, CCC LX. SEX } malim, Eos. ut omnes a iudiciis abducti adestent in senatu. Sic infra locutus: Quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias propraetores mitti oportet, eos fortito in prouincias mitti placere. A B D U C E R E } & sententia, & Latini sermonis usus, Abducere, uidetur probare, non, ut, habent omnes etiam scripti libri, Adducere. AD . P O P V L V M , plebemue } ad plebem ferre, non ad populum, tribunis pl. dicebatur; quia ius conuocandi patricios non habebat: ad populum autem consules, & praetores, quibus omnes ciuic edicto conuocare licuit. Liuius lib. 2. Gellius lib. x. cap. 20. L A T O opus esset, } contracte scribent hoc totum, S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. quod Probus explanat. Si quid de ea re ad populum, plebem uelato opus esset, Sic Liuius lib. xt iv. Senatum consularent, si quia re consulto opus esset. T R I B V N I P L . } horum causa additum est, Ad plebem. D E - IN C E P S } post eos, anno sequenti. nam eodem anno, praeter eos, legem ferre nemini licuit, non aedilibus, non quiesstoribus, non alijs magistratibus. I . V . } antiquus Sigonij liber, I . N . ex quo mihi uenit in mente, non incommodate legi posse, I N . coniunctis duabus illis litteris, I , & N . ut hoc significetur, Intercessum. nam, quae sequuntur eiusdem relationis capita, consensu quidem senatus approbata, sed, tribunis pl. intercedentibus, senatus consultū, ui, & nomine caruerunt. cum enim senatus decreverit, ut

set, ut L. Paullus, & C. Marcellus cos. ex ante diem Kal. Mart. de prouincijs consularibus ad senatum referrent; cauere noluit, ne quis moram afferret; adiunxitq. alterum caput, si quis impeditset, cum contra remp. facturum. Tertium caput fuit de imminuendo Caesaris exercitu, honesta praescriptione, ut a bello discederent emeriti milites, quique causas, cur missi fieri deberent, ostendissent. Quarto capite quasi praecidicatio siebat de Gallis Caefari adimendis, quippe cum senatus Ciliciam, quae consularis erat, praetoriam faceret; ut duae tantum reliquae consulares, Gallia, & Syria, in sortem coniectae, ijs, quibus obuenissent, tradenerunt: quod ita factum est. uerum haec singula debilitauit, ac sustulit intercessio: primum caput ualuit, ut anno sequenti de prouincijs consularibus ad senatum referrent: cum intercessionem necessariam Caesaris amici non pertinuerint, qui non huic senatus consulto, quo actio de prouincijs consularibus sequentis anni consulibus mandabatur, sed ei potius, quod sequentes consules de successione prouinciarum postea facerent, intercedendum intelligerent. **Q**ui potestatem habent tribunos pl. maxime designat, quorum erat intercessio: quamquam licuisse omnibus intercedere, qui eadem potestate, qua iij, qui S. C. facerent, maiore essent, scripsit Gellius lib. xiv. cap. 7. **I**NTERCEDENDI, impediendi, satis erat, Impediendi: quo uno uero & intercessio, & quidquid impedimento potest esse, continetur. nam & paulo post subiunxit, Qui impederit, non, Qui intercesserit, impederit. itaque suspicatus quandoque sum, Intercedendi, abundare. Sed hoc & dubium est, & parui refert: itaque magnopere nec affirmo, nec, si quis contra uelit disputare contendenterim: liberum cuique iudicium relinquatur. **Q**VAM PRIMUM ad senatum referri, a quo quamprimum referri: an ab eodem, quo referente hoc decernitur? at is iam retulerat, senatusq. censuerat, ut sequentis anni consules ex ante diem Kal. Mart. de consularibus prouincijs ad senatum referrent, de ceteris autem prouincijs, id est de Cilicia, deq. octo reliquis prouincijs, quas praetorij pro praetore obtinerent, cum ab eodem M. Marcello relatum esset, decretum est quod infra legitur. quare hoc de sequentis anni consulibus accipio, non ut quamprimum, cum magistratum inisent, sed quamprimum post Kalend. Mart. de quo die facta mentio est in priore relatione, ad senatum referrent. **C**ONTRA remp. fecisse: hoc in senatus consultis versiculo utebantur, ut ab impediendo deterrerent. **H**IC. S. C. senatus consulti partes senatus consultum uocat, ut Legem pro legis capite in oratione pro Clientio. **A**VCOTORITATEM perscribi, hoc quale fuerit, iam ostendimus. iterare eadem non placent. **D**E BARE de intercessione. **R**EFFERI. a consulibus, praetoribus, tribunis pl. quibus eorum uideretur. **C**ORNELIVS, plebeius, cum sit tribunus pl. Patricij vero Cornelij Lentuli, Scipiones, Dolabellae, alij, plura diximus ep. i. lib. i. **C**. **V**IRIVS Panſa. antea, Iulius mendosus, qui consul, mortuo Caefare, fuit cum A. Hirtio. **S**TIPENDIA emerita, emeriti stipendia milites dicebantur, qui per annos decem militassent: tuncq. sacramento exsoluebantur, ut oneribus militiae uacarent. **C**AVSSAS, ut morbum, infirmitatem ualeitudinis, aut aliquam rei domesticae difficultatem; quas ob cauſas abesse domo non liceret. **L**iuſius l. 34. Cum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos pl. adiissent, ut cauſas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus cauſae essent, quo minus militarent. **H**UNC, qui haec censuit, ac decreuit. **R**ATIO habeatur, cura suscipiatur. **I**N. **C**ILICIAM si habetur eorum ratio, qui prouincias obtinent, Cilicia consularis est, cum a uiro consulari Cicerone administretur: ideoq. non in hoc S. C. sed in eo, quod de prouincijs consularibus factum est, non inari debuit, uerum, quia fit praetoria, cum decernat senatus, ut in eam profisciscatur qui praetor, non qui consul fuerit; ppter ea in hoc S. C. reiecta, sed reliquas prouincias, quas praetorij obtinebant, aggregatur. erat enim potestas senati, quos uellet, in prouincias mittendi, siue consulares, siue praetorios: &, in quas praetorij mittebantur, praetoriae; in quas consulatu functi, consulares prouinciae uocabantur. id ex hoc ipso primo cognoscitur S. C. quo praetorius, non consularis in Ciliciam, cui praecerat hoc anno Cicero consularis, mititur: deinde confirmatur oratione de prouincijs, potuit tamen tribunus pl. hanc potestatem eripere senati, & consularem prouinciam, lata rogatione ab homine consulari ad praetorium transferre. quod obicit Clodio Tullius factumq. extra ordinem queritur in oratione pro domo. Sed ut redeam ad Ciliciam, cogitanti mihi, cur praetoria nunc fiat, quae consularis antea fuerat, administrata per annos aliquot a tribus consularibus, Lentulo, Appio, Cicerone, uisum est hoc a Pompeianis astuto consilio factum, ut consularium prouinciarum numerus, una exempta, fieret angustior; eq. certior spes esset adimendi Gallias Caefari, cum duas tantum consulares prouincias lege Semproniana decerni per senatum oportet. quod orationes pro domo, & de prouincijs, & Caefar lib. i. de bel. ci. docet: Consulares autem, id est a consularibus hœ anno administratae, quattuor essent, Hispaniae, Cilicia, Galliae, Syria: (nam Macedonia, a quo tempore L. Pisoni consulari Q. Ancharius praetorius successit, praetoria fuit) nec in Hispanias mitti quisquam posset, cum eas lege Trebonia consul iterum Pompeius in quinquennium, posteaq. tertium consul altera lege in alterum quinquennium, ut ait Dio, uel, ut Plutarchus, in quadriennium accepisset. reliquæ tres erant: e quibus duas tantum decerni oportuit lege Sempronia. inuenta ratio est, ut ex tribus una tolleretur, praetoriāq. senatus Ciliciam facere conatus esset. Sed tribuni pl. Pompeianorum arte cognita, intercesserunt. Post alterum tamē annum, Lentulo, & Marcello cos. hoc arbitror senatus consultum, spreta tribunorum pl. intercessione, renouatum, Ciliciamq. praetoriā esse factam: cum apud Caſarem lib. i. de bel. ci. mentionem fieri uideam de prouincijs duabus consularibus, Gallia, & Syria, in sortem coniectis, quare Gallia L. Domitio, Syria Scipioni obuenit. quamquam in eo loco de una tantum Gallia ulteriore intelligendum: nam citeriorem senatus praetoriā fecit. id ex ep. xi. ad Tironem, lib. xvi. cognoui, scriben te Cicerone, ulteriore Domitio Galliam, Considio autem, quem scimus consulem non fuſſe, citeriore obtigisse. **I**IX. **R**ELIQVAS. prouincias, praetoriae octo prouinciae sunt, Macedonia, Ionia,

Aia, Sicilia, Sardinia, Bithynia, Creta. & ita nam opinor fuisse Mauritaniam: cuius partem Iuba rex possidebat: alteram partem Romanis paruisse cur non putem? cum Caesar lib. 1. de bello ci. ita scripsit: Ad se natum refertur, tota ut Italia delectus habeatur, Faustus Silla pro praetore in Mauritaniam mittatur. Afri- cae uero partem illam, in qua Carthago fuit, Pompeio cum utraque Hispania traditam esse, Plutarchus narrat. Pontus cum Bithynia, Corsica cum Sardinia coniungebatur. **P R A E T O R I I p r o p r e t o r e s** & cum imperio tamen omnes: quod belli gerendi causa necessarium fuit: de quo Caesar his verbis lib. 1. de bel ci. In reliquias provincias praetorij mittuntur: neque exspectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum feratur. Et hie proxime sequitur, Neque in provincia cum imperio fuerunt. In vulgatis, Praetorij propractora, fortasse legendum, Praetorij pro praetoribus, quod postulare uidetur usus Latinae linguae. & a contracta scribendi ratione manare mendum facile potuit. **C O L L E G I V M p r i m u m** significantur qui proxime praetores fuerunt: qui, si praeteriti numerentur, primi occurruunt. malim tamen, Proximum: quomodo locutus est infra. **I S . N U M E R V S** nouem, qui proficiscerentur in octo provincias praetorias, & unam Ciliciam, quae hoc anno regebatur a Cicerone consulari. **C O N F I D E N T I A M** ut confidenter homines, uelle Pompeium potentiae Caesaris observere, contra quam antea fecerat: nam anno proximo tertium consul tenderat, ut decem tribuni pl. legem ferrent, ut absenti Caesaris consulatum petere licet: quod antiquis legibus interdictum erat. **A N T E K a l. M a r t.** quo die primum ut sequentis anni consules de provinciis consularibus referre inciperent, senatus decreuerat: ut e S. C. proxime recitato cognoscitur. **S I N E i n i u r i a**: fieret enim iniuria, si ante Kal. Mart. quem diem relationi primum senatus concesserat, de provinciis consularibus, in quibus erant Galliae, statueret. iam enim ostendit, cum de successione consularium: provinciarum referretur, duas tantum significari, Gallias, & Syriam, cupientibus optimatibus Hispaniarum imperium Pompeio conseruari; Caesaris autem opes, adeptis Gallijs, immixti. **S E . N O N d u b i u t a r u m**: quod hominibus confidentiam attulit. his enim uerbis animo se contra Caesarem egregie patatum ostendebat. **I N T E R C E D E R E N T**: intercessum est a Curione tribuno pl. quod iniquum uideretur, ei successorem mitti ante tempus ep. 12. **H o c r i b il i n t e r e s s e**, ostendit, si quis intercesserit S. C. quod anno sequenti de provinciis consularibus factum iri constabat, id Caesaris opera factum iri: quod idem fore, ac si Caesar parere senatu nollet. iam enim antea coniecerat illum uocem in disputando, omnes oportere senatu dicto audientes esse. ep. 4. **I N Q V I T a l i n s**, tentabant senatores Pompeij potentiam his interrogationibus: cum eius uoluntatem, naturali simulationis involucre testam, elicere uellent. **E X E R C I T U M h a b e r e**: & Gallias retinere cum exercitu, & eodem tempore consul designari: quod anno proximo, ipso Pompeio tertium consule pro Caesaris pugnante, populus iussicerat. **C L E M E N T B R**: leniter, & placide. opponi enim a Cicerone video Clementer, & Iracunde, lib. 2. de Fin. Etsi satis, inquit, clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Non enim Pompeius iracundus respondit, quamquam interrogaretur satis arroganter: cum non esset ad iracundiam natura propensus. **F V S T B M m i h i i m p i n g e r e**: quod esse turpisimum nemo negabit. tale igitur quiddam Caesar committet, si & consul esse, & exercitum retinere uoleat. qui enim consul esse uult, exercitum dimitit, primatusq. urbem ingreditur. Improbat hic Pompeius eam legem, quae ut ferretur, anno proximo consul ipse operam dederat, ut absensis Caesaris in petitione consulatus ratio haberetur. ep. 6. lib. vi. **E S S E n e g o t i u m**, esse, quod ageret cum Caesare, id est contra Caesaris uoluntatem. **V T . A V T** maneat, in Gallia, prorogato ultra decennium imperio, quod si concederetur; nolle se consulatum petere affirmabat, nec absensis sui rationem haberi; quod tamen ei lex dederat. Sin hanc Pompeiani conditionem recusarent, eumq. omnino uellent non modo expleto decennio, lege concessio, sed etiam ante, decedere: ipse pariter hoc, ut iniquum, recusabat, ferebatq. alteram conditionem, ut, si consul designatus esset, tum decederet, utraque autem condicione Caesar imperij perpetuitate quaererebat, qui ueretur id, quod inimicos ei mirari solitos Tranquillus refert, ne, simul ac priuatus esset, ob res in consulatu contra leges, mo remq. maiorum aetas in iudicium uocatus opprimeretur. Tranquillus sic: Timuisse dicunt, ne eorum, quae primo consulatu aduersus auspicia, legesq. & intercessiones gesisflet, rationem reddere cogeretur: cum M. Cato identidem, nec sine iure iurando, denunciaret, delaturum se nomen eius, simul ac primum exercitum dimisisset: cumq. uulgo fore praedicaret, ut, si priuatus redisset, Milonis exemplo, circumpositis armis, cauissim apud judices diceret. quod probatius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie caelos, profligatosq. aduersarios proficisci tem, hacc cum ad uerbum dixisse referens, Hoc uoluerunt: tantis rebus gesis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem. Idem confirmat Coelius ep. 14, cum ait: Caesar persuasum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu recesserit. **H o c . A N N O** quo anno? an, hoc, quo scribitur epistola? non petebat Caesar, neque legitimus hic erat ad petendum annus: cum inter duos consulatus decem anni interponerentur, quod a Sulla dictatore ad Caesarem dictatorem seruatum est, excepto anno, cum, ob seditiones domesticas, Pompeius tertium consul sine collega creatus est. Ergo, Hoc anno, interpretor, eo, qui & imperij Gallici, & post primum consulatum Caesar decimus erat: quo quidem anno, quia necesse erat, ut e Gallia decederet consulatus petendi causa, quem absentibus petere non licet; ideo curauerat, atque efficerat, ut decem tribuni pl. Pompeio 111. consule legem ferrent, ut absensis Caesaris in petitione consulatus ratio haberetur. atque hoc Pompeius ipse, ignarus ea lege sibi perniciem strui, uchementer laborauit. ep. 6. lib. vi. & 3. lib. viii. ad Atticum. **C V R T O** designatus tribunus pl. tunc quidem, ut videbatur, bene erga remp. animatus: de quo scriptum est ep. 4. Vt spero, & uolo, & ut se fert ipse, bonos, & senatum malet. Postea tamen Caesaris cauissim ita defendit acriter, ut auctor in primis, & origo belli ciuilis extiterit. **C A D E R B** non posse, fortasse non assequetur, quod uult: nihil tamen, cum bene

bene de rep. sentiat; suae dignitatis amittet. *S*vo *munere negotium imposuit.* { quia benignus, & liberalis Curio fuit in Coelium, negotium ei, idest grauem curam ludorum dandorū suo munere imposuit. Si nimirum Plautinus ille senex in Trin. In benignitate hoc reperi negotium. *A D . L V D O S* { quos iam Curio dederat patri mortuo: itaque, cum Africanis amplius non egeret, donauit eas Coelio aedili cur. designato, ad sequentis anni Romanos ludos. *A F R I C A N A E*; { donauit ei Curio decem Africanas pantheras, & decem Graecas, idest e Cilicia missas a Patischo. Africanas hic tantum Coelius nominat, quia formosiores: utrasque in epistola nona. *P O T V I T supersedere.* { sic antiqui libri, non, ut impressi, Supersederi. oportuit; inquit, supersedere a ludis dandis. nam, Potuit, pro oportuit, interdum Cicero dixit, ut epist. 9. lib. 2. ad Atticum: Orbis hic in rep. est conuersus, citius, omnino, quam potuit. Et ad eundem epist. 15. eiusdem libri: Potuerit intercedi, nec ne, nihil ad se pertinere. *B E S T I A R Y M*; { pantherarum. *S Y N G R A P H A M*; { de qua epistola 2. 4. 6. 11. *P E R T I N E B A T*; { miserat eos Coelius, ut syngrapha Sittiana pecuniam exigenter. ep. 4. & 6.

Argumentum ep. 9.

Gloriatur aedilem se designatum, Hirrum repulsum: de rep. nihil actum significat: pantheras petit: Feridum commendat: addit de Pompej, ac Scipionis in Caesarem animo: disertum in sua defensione Calidum, in accusatione frigidum appellat. Tota, praeter Feridij commendationem, quae ab officio proficiscitur, negotialis est epistola.

M. Coelius S. D: M. Ciceroni. 9.

Sic tu, inquis, Hirrum tractasti? immo, si scias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit; pudeat te, an sum illum umquam esse incedere tamquam tuum competitorum. post repulsa Nero risus fecit: ciuem bonum ludit, & contra Caesarem sententias dicit: expectationē corripit: Curionem profligis non mediocriter obiurgatus. hac repulsa se mutavit. præterea, qui numquam in foro apparuerit, non multum in iudicij versatus sit; agit causam liberaliter, sed raro post meridiem. De prouincijs quod tibi scripseram idibus Sext. actum tri, interpellat iudicium Marcelli consulis designati. in Kal. reiecta causa est, ne frequentiam quidem efficere potuerant. has litteras ad vi. non. Sept. dedi, cum ad eam diem ne profligatum quidem quidquam esset. ut video, causa haec integra in proximum omnium transferetur: & quantum diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat. nam non expedietur successio: quando Galliae, quae habent intercessorem, in eandem conditionem, quam ceterae prouinciae, vocantur. hoc mihi non est dubium: quo tibi magis scripsi, ut ad hunc euuentum te parares. Fere litteris omnibus tibi de pantheris scripti. turpe tibi erit, Patischum Curioni decem misere, te non multis partibus plures: quas ipsas Curio mibi, & alias Africanas decem donauit: ne putas illum tantum praedia rustica dare scire. tu, si modo memoria tenueris, & Cibyrratas accersieris, itemq. in Pam

phyliam litteras miseris: (nam ibi plures capi aiunt) quod uoles, efficies. hoc uehementius labore nunc, quod seorsum a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc cura: soles libenter, ut ego, maiorem partem nihil curare. in hoc negotio nulla tua, nisi loquendi, cura est, hoc est imperandi, & mandandi. nam simul atque erunt captiæ; qui alant eas, & deportent, habet eos, quos ad Sittianam syngrapham misi. puto, etiam si nullam spem mihi litteris ostenderis, me isto misericordum alios. M. Feridum, equitem Romanum, amici mei filium, bonum, & strenuum adolescentem, quid sum negotium istuc uenit, tibi commendo: & terro, ut eum in tuorum numero habeas. agros, quos frumentarios habent ciuitates, nult tuo beneficio, quod tibi facile, & honestum factu est, immunes esse. gratos, & bonos uiros tibi obligaris. Nolo te putare Fauonium a colam narijs præteritum. optimus quisque eum non fecit. Pompeius tuus aperte, Caesarem prouinciam tenere cum exercitu, & consulem esse: tamen hanc sententiam dixi, nullum hoc tempore s. c. faciendum: Scipio hanc, ut Kal. Mart. de prouincijs Gallijs, neu quid coniunctum referretur. contristauit haec sententia Balbum Cornelium: & scio eum conquestum esse cum Scipione. Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Vale.

E X P L A N A T I O

HIRRUM tractasti? iocofum, & familiare principium, de Hirri repulsa in aedilitate curuli. **Q**UAM facile, { cum superauerim. **Q**UAM ne contentionis quidem minimae fuerit; { Hirri deinceps, ne minimae quidem contentionis fuit. **T**VVM. COMPETITOREM. { in augurata. ep. R I S V S facit; { risus mouet: quia ciuem bonum ludit, & agit ea, quae ante repulsa non agebat: quod

aliam

aliam ex repulsa mentem sumpserit. **L V D I T :** quasi ludendo repreäsentat: nam, si bonus uere ciuis esset, iam antea significationem aliquam dedisset. itaque non agit serio, sed ludit. **C O N T R A C a e s a r e m :** ut bene sentire uideatur. nam optimatibus, id est uniuerso fere senatu, iniuisus erat Caesar, quod extraordinaria semper appetijsset imperia. **S E N T E N T I A S dicit :** ut ei quam primum succedatur: nec expectandum censet. **C O R R I P I T :** reprehendit. codem uerbo usus est ep. 2. **C U R I O N E M :** cur obiurgat Hirrus, contra Caesarem sententias dicens, bene de rep. sentientem Curionem, & hoc quidem tempore Caesaris inimicum? fortasse, quia Coelium Curio summe diligeret. **O B I U R G A T U S :** pro Obiurgauit: ut, Iuratus, Pro Iurauit; & Rebello, pro Rebellauiisse, dixit Valerius Max. lib. ix. cap. 10. Interdum tamen orta mihi de mendo suspicio est: quod fortasse scripsit Coelius: Obiurgat. scilicet hac repulsa se mutauit. & Scilicet unica scriptum littera S, occasionem dederit loci deprauandi. omnes tamen libri ueteres in, Obiurgatus, consentiunt. itaque potest antiquum esse, & ideo Coelianum. **I N . F O R O :** cuius in ea parte, quae Comitium vocabatur, iudicia siebant. **C A V S S A M :** pro cauſſas. **L I B E R A L I S :** quia facilis est in recipiendis cauſſis. **R A R O p o ſt meridiem :** & ante meridiem, & post cauſſae agebantur. epift. ultima lib. 2. ad fratrem: Post meridiem Vatinium aderam defenſurus. Hirri autem patrocinio ita pauci utebantur, ut raro post meridiem cauſſas ageret. **S C R I P S E R A M :** ep. 4. **I N T E R P E L L A T :** impedit, ob affinitatem: nam erat Octaviae maritus, quae nepotis fuit Iuliae, Caesaris sororis. initio etiam ciuilis bellum, cum prouinciarum fortitio fieret, priuato confilio praeteritus est, quasi propensiōr esset ad Caesaris cauſſam. lib. 1. comm. de bel. ci. **D E S I G N A T I :** de quo scripsit ep. 4. Sigonij liber habet, Designatio. **I N . K A L :** Septembriſ. quo tamen die factum non est S. C. sed pridie Kal. Oct. ut indicat epiftola proxima. **C A V S S A :** hoc uerbum & a Sigonij libro, & ab alijs non nullis abeft. **N E frequentiam quidem :** tantum abeft, ut Kal. Sept. consules de prouincijs ad senatum retulerint, ut ne frequentem quidem senatum cogere potuerint. in frequenti autem senatu fieri senatus consultum non licebat: qua de re diximus ep. 9. lib. 1. **N E profigatum quidem :** plus est, quam coeptum; minus, quam confectum. cognoscitur exemplis. nam ep. 30. lib. 12. Profligato, inquit, bello, ac pacē subtato, renouatum bellum gerere conamur. Et Tusc. 5. Profligata iam haec, & pacē ad exitum adducta quaestio est. In oratione autem de prouincijs: Si in Capitolium inuchi uictor cum illa insigni laurea gestiret; uos tamen oportet ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici nolle. Est igitur Profligatum, quod in eadem oratione Affectum Cicero uocauit. Quid est, inquit, cur Caesar in prouincia commorari uelit; nisi ut ea, quae per eum affecta sunt, perfecta reip. tradantur?

I N T E G R A : falsum. nam pridie Kal. Oct. factum est S. C. de prouincijs consularibus. nisi si, **I ntegrā,** uere dictum ideo putemus, quia nihil in eo S. C. de successione prouinciarum decretum est, sed in annum sequentem actio illa translata. **R E L I N Q U E N D Y S :** reliquit C. Coelium quaestorem. ep. 15. lib. 2. & ad Att. ep. 6. lib. vi. **I N T E R C E S S O R E M :** intercedetur enim ab aliquo tribuno pl. cum de successione consularium prouinciarum, quarum una erunt Galliae, S. C. fiet. **I N e a d e m condicionem :** ut, quemadmodum in ceteras prouincias, sic in Gallias successor mittatur. **V O C A N T V R :** a Pompeianis, quorum factio in senatu dominabatur. **P A T I S C H V M :** hominem uenandi peritum. ep. xi. lib. 2. **C U R I O N I :** quas populo ostenderet funebribus ludis, quos patri mortuo reuersus e prouincia dedit, Caluino & Meſſalla cos. **M U L T I S paribus plures :** multo plures. uide ep. 2. lib. 1. **E t alias Africānus :** nam Graecas miserat Patiſchus: ut ex ep. 9. intelligitur. Varro. lib. 11. rei rust. Non minus formosum spectaculum, quam in circo maximo aedilium, non sine bestijs Africanis cum fiunt uenationes. Daturus erat Coelius aedilis cur. ludos Romanos in circo: alioqui pātheris Africanis non eguisset. docet enim Plinius lib. 8. cap. 17. uetus fuisse S. C. ne licet Africanas in Italiam aduochere: contra tulisse ad populum Cn. Aufidium tribunum pl. permisisseq. circensium gratia importare. **P R A E D I A r uſt i c a :** Prædiū generale nomen est rerum possessorum uel in urbe, uel extra, ideo distinguntur, cum dicimus, prædia urbana, prædia rustica. Coelius hic urbanis rustica, tanquam fructuosiora, uidetur anteferre. quae sunt haec, arua, uimeta, prata, olineta, siluae. nemora enim, et si filii differunt, et filii tamen, & praties constant. itaque partim caduntur, ut siluae, partim armentis, ut prata, pabulum præbent. urbana uero prædia sunt domus, arecae, horti, & quidquid omnino soli, aut in solo aedificatum, intra pomerium posseidetur. **C I B Y R A T A S :** apud quos pantherae capiebantur. epift. 4. **S E O R S V M :** nam, si coniunctim ludi darentur, minor utriusque sumptus. C. Caesar, & M. Bibulus, aediles curules, communī sumptu ludos dederant: alij separati. Dio lib. xxxix. **A C O L L E G A :** qui non nominatur: sed M. Octavianū puto: cum & Hirrus repulsa tulerit; & Coelium Vicinianum promulgatio de dictatore deiecerit. alios præterea competitores, quod quidem ex his epiftolis cognosci licet, non habuit. **O M N I A :** quae ad ludos pertinent. **I M P E R A . T I B I :** imperare sibi dicitur is, qui, quod libenter non agit, agere tamen colit: ut ep. 12. Cum homo auarus, ut ea solueret, sibi imperare nō posset. Et ad Att. ep. 24. lib. xii. Quod me mones de uultu, & oratione ad tempus accommodanda: & si difficile est, tamen imperarem mihi, si mea quidquam intereste putarem. Et Terentius in Eun. Imperai egomet mihi, omnia assentari. **M A I O R E M . p a r t e m :** pro, Ex maiore re parte: ut ep. 15. lib. ix. Mihi licere, res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere. Et alibi saepius. Et Caesar lib. iv. de bel. Gal. Maximam partem late, atque pecore uiuunt. Et Lucretius lib. iii. Non minimam partem mortis formidine aluntur. **A D S I T T I A N A M syngrapham :** ut e syngrapha Sittiana pecuniam istic exigant. **N U L L A M . S P E M :** Alij, Nullam spem, quod uideatur apertius, hoc modo: Puto etiam, si ullam de pantheris mihi spem ostendes, me isto missurum alios. Sigonij tamen liber habet, Nullam. quod ita defendi potest: puto, licet nul-

Yy lam

Iam adhuc de pantheris mihi spem ostenderis, me isto missurum alios. **F E R I D I V M**, } commendationes litterae, pro negotiorum uarietate, uarias quoque partes, easq. modo plures, modo pauciores habent. sed usitata, & quasi legitima, cum aliquid, aut aliquem commendamus, tria sunt; commendationis causa; rei narratio; memoris animi, & gratae uoluntatis uel ab eo, qui commendatur, uel a nobis etiam ipsis promissio. Commendationis causa hic est illa; Amici mei filium, bonum, & strenuum adolescentem: rei narratio; Agros, quos fructuarios habent ciuitates, uult tuo beneficio immunes esse: memoria animi promissio; Gratos, & bonos uiros tibi obligaris. **E Q V I T E M** Romanum, } non omnes equites dicebantur equites Romani, sed iij tantum, qui equo publico merebant, in centurias descripti: quod duae in Antonium orationes, sexta, & septima, declarant. qui enim equo priuato militabant, equites quidem erant, sed nec equites Romani, nec equestris ordinis vocabantur. societas autem publicanorum, quae multae erant, quia multorum locorum uectigalia separatim locabantur, ex equitibus Romanis constabant. & erat equestris ordo senatoribus dignitate proximus, anulo aureo, & equo publico a plebe distinctus. quocirca deduxit Cicero commendandi causam ab honestate, cum Feridium equitem Romanum appellauit. **B O N U M**, ET. **S T R E N V U M**, quae bonitatis laus debetur, ea fit maior, cum a*d* bonitatem accedit industria. recte igitur, Bonum, & strenuum, coniuncta sunt. est autem strenuus, promptus & industrius in agendo. **A G R O S**, quos fructuarios habent ciuitates, ita legitur in duobus uectustis libris, Io. Scalae, & in libro Petri Bembi, etiam in uno Caroli Signorij. itaque nihil muto, cum sit aperta sententia. **Q V O S** fructuarios habent ciuitates, qui ciuitatibus annum uectigal pendunt. **F A C I L E**, } cum imperium habeas. **H O N E S T U M**, fortasse, quia uectigal magnum non est. alioqui, cur honestum sit, imminuere uectigalia ciuitatum, non intelligo. **G R A T O S**, & bonos uiros, patrem, & filium. **F A V O N I V M**, ciuem optimum, M. Catonis imitatorem, qui, C. Trebonio tribuno pl. legem ferente de Syria Crasso, utraque autem Hispania Pompeio in quinquennium mandandis, acerrime cum Catone restiterat. Dio lib. 39. Aedilis fuit Caluino & Mestalla cos: ut Plutarchus in Catone significat. itaque hic annus, quo scripta est epistola, ad petendam praeturam, quae, biennio interposito, aedilitatem sequebatur, ei legitimus est. petit autem, & obtinuit. propterea Velleius, Pompeio, post Pharsalicam pugnam fugienti, comites ait fuisse duos Lentulos consulares, & Fauonium praetorium. Eodem pertinent, quae sequuntur. A columnarijs praeteritus. nam, praeteriri, est repulsam ferre: ut in oratione pro Plancio: Populus non numquam dignos praeferire solet. Et Tusc. v. Cum sapiens, & bonus vir suffragijs praeteritur. Quod si quis dixerit, incertum esse, utrum hoc anno, an sequenti praetor Fauonius creatus sit; quia, cum Velleius cum praetorium appellauit, praetorem quidem fuisse ostenderit, praeturae tamen annum in dubio reliquerit: ita respondebimus, transiunt in Graciam Pompeio magistratus eos, qui bene de r*e*p. sentire uiderentur, comites fuisse: quos cum nominari videamus ep. 6. lib. ix. ad Att. consules duos, & tribunos pl. nulla cuiusquam praetoris mentione facta: satis constat, Fauonium, quo anno Pompeius Italiam reliquit, id est Lentulo & Marcello cos. praetorem non fuisse: ex quo sequitur, fuisse anno superiore, Paullo & Marcello cos. ideoq. designatum Sulpicio & Marcello, quibus consulatum gerentibus Coelius haec scripsit. Fauonium hunc usque ad triumviratum Octavianum, Antonij, Lepidi uitam perduxisse, ostendit Suetonius his uerbis in Augusto: Ceteri, & in his M. Fauonius, ille Catonis aerulus, cum catenati producerentur, imperatore Antonio honorifice salutato, hunc foedissimo conuicio coram prosciderunt. Eiusdem in eo libertas agnoscitur, quod a Valerio scriptum est libro 6. cap. 2. nam Pompeio, candida fascia crus alligatum habenti, Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema: exigui panni cauillatione, regias eius uires exprobrans. A **C O L U M N A R I I S**, non est praeteritus a columnarijs, sed a uiris bonis: quorum numerus minor est. Columnarios dici puto uiles, & improbos homines, qui ad columnam Maeniam in iudicium saepe uocarentur. Vide Pedianum in Diuin. & orationem pro Cluentio. Nam qui, Colonarijs, contra ueteres omnes libros legendum existimarunt, eorum iam explosa sententia est. **N O N . F E C I T**, } praetorem. **A P F R T E**, } dictat. **C O N S U L E M**. **E S S E**, } subaudendum, Velle. in epistola proxima, quae tamen post hanc scripta est: Quid si & consul esse, & exercitum habere uoleat? **T A M E N**, } tamen in sententia, quam dixit, non omnino infensus Caesari uifus est. **S E N T E N T I A M . D I X I T**, } in senatu extra urbem habito: nam in urbe Pompeio, qui erat cum imperio, esse non licet: quod & Caesar scripsit lib. 1. de bel. ci. **N V L L V M** hoc tempore S. C. faciendum, } opinor, hoc esse, quod queritur Cicero ep. 3. lib. iix. ad Att. Pompeium M. Marcello consuli finienti provincias Gallias Kal. Mart. restitisse. **S C I P I O**, } Pompeij sacer, nominatus in S. C. Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, quod a Metello Pio esset adoptatus. ep. proxima. **G A L L I I S**, } nominativum: quod iniquum erat: itaque pridie Kal. Oct. de prouincijs consularibus, non de Galliis nominativum, S. C. factum est. ep. 7. De hac autem sententia Scipionis audierat Cicero, cum ad Atticum ep. 20. lib. 7. ita scripsit Est ictum, quid Kalendis Martij futurum sit. **B A L B U M** Cornelium, } Gaditanum, Caesaris amantissimum, pro quo exstat Ciceronis oratio. **C V M . S C I P I O N E**, } gentiles enim erant. **C A L I D I V S**, } doquentia clarus, de quo ep. 4. **D E F E N S I O N E**, } cum accusaretur a Gallis duobus. ep. 4. **A C C O S T A T I O N E**, } cum accusaret Q. Gallium, Cicerone defendant: ut est in libro de claris oratoribus.

Argumentum ep. 10.

Quid C. Cassius, quid rex Deiotarus de Parthorum transitu scripsit, qui ex eo sermones excitati, quae de Cassio suspicio, significat. Subiungit de rep. quae putet actum iri anno sequenti. Concludit epistolam officio suo; cum se praestaturum promittat, ne quidei temporis in prouinciali munere prorogetur.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 10.

SANE QVAM litteris C. Cassi, & Deiotari sumus
commoti. nam Cassius, eis Euphratem copias Par-
thorum esse, scripti; Deiotarus, profectas per Comma-
genem in prouinciam nostram. ego quidem praecipuum
merum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem quum
paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati
tuae periculum afferret. nam de uita, si parator ab exerci-
tus es, timuissim. nunc haec exiguitas copiarum, rece-
sum, non dimitacionem mibi tuam praesagiebat. hoc quo
modo acciperent homines, quam probabilis necessitas
futura esset; uero etiam nunc, neque prius definam for-
midare, quam terigisse te Italianam audiero. sed de Par-
thorum transitu nuncij uarios sermones excitarunt.
alius enim, Pompeium mittendum; aliis, ab urbe non
remonendum; aliis, Caesarem cum suo exercitu; aliis,
consules; nemo tamen, ex s. c. priuatos. consules autem
qua uerentur ne illud s. c. fiat, ut paludati exeat;
& contumeliose praeter eos ad alium res transferatur,
omnino senatum haberi nolunt: usque eo, ut parum di-
ligentes in rep. uideantur. sed honeste, siue negligentia,
siue inertia est, siue ille, quem proposui, metus, latet sub
hac temperantiae existimatione, nolle prouinciam. ate
litterae non uenerunt: &, nisi Deiotari subsecutae essent,
in eam opinionem Cassius uenerat; quae diripiisset ipse,
ut uiderentur ab hoste uastata, finixisse bellum, & Ara-
bas in prouinciam immisisse, eosq. Parthos esse senatu*ri*
renunciasse. quare tibi suadeo, quicumque est istuc status
rerum, diligenter, & caute perscrivas; ne aut ueliscatus
aliui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse.
Nunc exitus est anni: nam ego has litteras ad x i v.
Kal. Dec. scripti. plane nihil video ante Kal. Ian. agi posse.
nosci Marcellum, quan tardus, & parum efficax sit,
itemq. Seruium, quam cunctator. cuiusmodi putas hos
esse? aut quam id, quod nolint, confidere posse, qui, quae
cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle existimur?
nouis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit,
haec causa primos menses occupabit. sin autem aut
non erit istuc bellum, aut tantum erit, ut uos, aut succes-
sores, paruis additis copijs, sustinere possint: Curionem
video se duplicitate iactatur; primum, ut aliquid Cae-
sari adimat; inde, ut aliquid Pompeio tribuat, quoduis,
quamlibet tensu munuscum. Paullus porro non
humane do prouincia loquitur. huius cupiditati occur-
surus est Farnius nosler. plures sufficiari non possum.
Haec noui. alia, quae possunt accidere, non cerno. multa
tempus affere, & praeparata multa scio: sed intra fines
hos, quacumque acciderint, uerentur. Illud addo,
ad actiones C. Curionis, de agro Campano: de quo ne-
gant Caesarem laborare, sed Pompeium ualdo nolle; ne
vacuus iduuenti Caesar pateat. Quod ad tuum dece-
sum attinet, illud tibi non possum polliceri, me curatu-
rum, ut tibi succedatur: illud certe praestabo, ne quid
amplius prorogetur. tui consilij est, si tempus, si senatus
coget, si honeste a nobis recusari non poterit, uelis ne per-
seuerare. mei officij est meminisse, qua obtestatione dece-
dens, mibi, ne paterer fieri, mandaris. Vale.

EXPLANATIO

C. Cassi, quaestoris M. Crassi, a Parthis interficti: qui reliquias exercitus Antiochiam redu-
xerat. ep. 10. lib. 2. Cassius noster feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. Et ep. 18. lib. v. ad Att. Par-
thi, inquit, Euphratem transuerunt, duce Pacoro, Orodis regis Parthorum filio, cunctis referto copijs.
Cassius in opido Antiochiae cum omni exercitu. Et ep. 10. eiusdem libri: Rumore aduentus nostri, & Cas-
sio, quid Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor injectus. itaque eos cedentes ab opido
Cassius infuscatus, rem bene gesit. qua in fuga, magna auctoritate Osaces dux Parthorum uulnus accepit,
eoq. interij paucis post diebus. De hac uictoria significatur in epistola 14. lib. xv. accedit Velleius lib. 2.
Iustinus lib. XLII. **D**eiotari Gallograeiae regis; qui amicitiam, ac societatem populi Roma-
ni, quam diu uixit, studioſiſſime coluit; in hoc autem Parthico tumultu cum omnibus suis copijs ad Cice-
ronem accessit. ad Att. epist. 20. lib. v. & ep. 1. lib. vi. **E**uphratem terinum imperij Romani.
PER Commagenem: Asiae regionem, quam Euphrates interfluit. ep. 1. lib. xv. Regis Antiochi Comma-
genilegati primi mihi nunciarunt, Parthorum magnas copias Euphratem transfere coepisse. Et in eodem
libro, ep. 3. 4. **P**rovinciam nostram: nam Commagene non erat populi Romani, sed regis Antio-
chi. Syriam significat: quod ex epistola 1. lib. xv. & ad Att. ep. 18. lib. v. cognoscitur. **Q**uam paratus ab
exercitu? Quam, non auget hic, sed minuit: ut paullo post: Sin autem aut non erit istuc bellum, aut tantum
Yy 2 crit,

erit, ut uos, aut successores, paruis additis copijs, sustinere possint. Et ep. 7. Ea, quae scripta est, auctoris, tantam uim habet, ut magis oratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse uideatur. Dixit igitur, Quam paratus, pro, quam male paratus. quod ostendit sequentibus uerbis, Si parator ab exercitu es. Sic locutus Plancus ep. 8.lib.x. Cum ab omni re simus paratores. Et Cicero ep. 4.lib. xv. Adolescentes & equitatu, & peditatu & pecunia paratus'. Si parator ab exercitu es; } fretus enim exercitu, cum Parthis proelium committeres. NECESSITAS; tua, recedendi, ob exiguitatem co-piarum. POMPEIUM; qui erat ad urbem cum imperio, decreta illi in quinquennium utraque Hispania. MITTENDVM; ad bellum Parthicum. AB. VRBE non remouendum; } ut esset reip. praefidio. hoc sentiebant ij, quibus iam tum suspecta erat Cacaris potentia. itaque Cicero, cum audijset Pompeium in Hispaniam iturum, scripsit ad Appium his uerbis ep. 8.lib. xi. Velim ad mesribas de omni rep. statu: de quo sum solitus eo magis, quod ex tuis litteris cognoui Pompeium nostrum in Hispaniam iu- rum. CAESAREM; qui bellum in Gallia gerebat. CONSULES; huius anni, M. Marcellum, & Ser. Sulpicium. Ex senatus consulo; nemo putat, priuatos ad bellum Parthicum ex S. C. tantum esse mittendos, uerum rogationem ad populum ferendam esse: sicuti lata erat antea de belli Mithridaticu- ra priuato Pompeio demandanda. exstat pro ea lege, quam Manilius trib. pl. tulit, Ciceronis oratio. Priuatos opposuit Pompeio, & Caesari, qui extra urbem imperium habebant, & consulibus, qui in urbe. NI-LLVD. S.C. fiat, } quod interdum, in tumultu bellico, fieri solitum est. VT paludati exeat, } non tam ipsi, quam alij fortasse, quibus Parthicum bellum senatus mandandum decerneret. hanc sententiam quae proxime sequuntur uerba confirmant. Paludamentum uestis ducum in bello, & ad bellum ex urbe proficisciuntur. ep. 7.lib. xv. uide Festum. CONTUMELIOSE; esset enim eorum contumelia, si ad bellum ire nollent, & ad aliud res transferretur. SIVE negligentia, sive inertia est, } distinguit, u- diuersa. negligentia enim uoluntatis est, inertia etiam inscientiae: unde illud ep. 20.lib. xii. Laceslam; nec tua ignavia, etiam inertiam asseret. IN. EAM opinionem; male enim audiens auaritiae nomine. Plu- tarchus in Bruto. ARABAS; qui cum essent finitimi, non numquam in populi Romani protuinciam impetum facere soliti sunt. ep. 8.lib. iii. De Parthis quod quaeris, fuissenulos puto. Arabes qui fuerunt, admisso Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. VELIFICATVS; asseritando gratificatus. ut enim uela nauium ad uentorum aspirations aptatur, sic orationem saepe nostram ad aliorum uoluntatem accommodamus. ALICVI; Cassio: cuius litteras, caue, gratiae causa tuarum litterarum testimonio confirmes. REFERRET; recip. RETICVISSE; quod si faceres, nec dignitati tuae, nec recip. consuleres. ANTE Kal. Ian.; quo die noui consules, initio magistratu, de rep. referent. NOSTI Marcellum, quam tardus, } sic locutus ep. 1.lib. iv. Rem uides quo modo se habeat. H A E C causa; deliberabitur, quis ad Parthicum bellum eat. TANTVM erit, } eiusmodi erit. nam hic, Tantum, minuendi uim habet, non augendi. uide ep. 7.lib. i. Tantam uim habet. IACTATVRVM; cum ini- rit magistratum. nunc enim erat designatus tribunus pl. PAVLLVS; consul designatus. DE prouincia; Caesaris, quam omnino ei ad mendam dictabat. nondum scilicet a Caesare M D talenta, quibus addicctus est, acceperat. OCCURSVRVS; intercedet enim S. C. tribunus pl. erat: quod ex ep. 18.lib. xv. ad Att. liquet. ad hunc sunt epistolae due lib. x. PLVRES; accessit Curio, ingenti mercede Caesare corruptus: quo nemo pro Caesaris causa stetit audacius. FINES. HOS; quos ostendit. sci- psit enim proxime de Parthico bello, de consule Paullo, tribunis pl. Curione, & Furnio. AD actiones} Ad actiones Curionis hoc addo, de agro Campano. praeter cetera, Curio illud ager sequenti anno, ut ager Campanus, ante Caesaris aduentum, ex ipsis Caesaris lege diuidatur. qua de re fatis copiose dictum est ep. 9.lib. i. ad eum locum: Ut de agro Campano frequenti senatu referetur. LABORARE; diuidatur, nec ne. VALDE nolle; Non placet, a uerbo, Negant, pendere uerbum Nolle. durius enim uideatur, Ne- gant Pompeium ualde nolle: pro, Pompeium aiunt ualde uelle. Libentius interpretor: Pompeium aiunt ual de nolle: id est, nolle diuisionem omitti; ne, si non diuidatur, uacuus aduentienti Caesari pateat, & ab eo uel ipsis militibus, uel plebi diuidatur. Nam, quod ex uerbo, Negant, affirmatione elicio: nouum no est consideretur illud. ep. 15.lib. vii. ad Atticum: Plerique negant Caesarem in condicione mansurum; postula- taq. haec ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. Et illud ep. 30.lib. xii. ad Cornificium: Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. Sed est apud me uetus liber, quo, Nolle, abest: nec displicet: fiet enim haec sententia: Negant Caesarem laborare, Pompeium autem ualde: ut ex eodem uerbo, Negant, primum negatio, deinde etiam educatur affirmatio. Cupissime autem Pompeium diuidi statim agrum Campanum, satis intelligitur e sequentibus uerbis, Ne uacuus aduentienti Caesari pateat. diuisoribus enim gratiae plurimum acquirebatur apud eos, qui possessuri erant. PRO- ROGETVR; ut annua tantum prouinciae sit administratio. quod ab eo Cicero petierat ep. 7.8.10.lib. TUI consilij est, } tu statue, quid agendum tibi sit, uelis ne in prouincia remanere, an, finito anno, dis- dere contra senatus uoluntatem. TEMPVS; propter bellum Parthicum: quo urgente, discedendum non uidetur ante, quam succedatur. Ep. 17.lib. 2. Quin ad diem decedam, nulla cauilla est, praeferim sub- lato metu Parthico. SENATVS; facto S. C. de proroganda prouincia: quod Cicero timebat, de bila- nio quidem sensit Hortensius, ut est in ep. 8.lib. iii. MEI officij est; ego, quod est officij mei, id pra- stabo. DECEDENS; pro, discedens, cum iret Cicero in prouinciam. Sic ep. 1. Quod tibi deceden- pollicitus sum. FIERI; prouinciae tempus prorogari.

Argu-

Argumentum ep. II.

CVM Cicero, litteris ad senatum missis, supplicationes pro re in Amano monte bene gesta postulasset; C. Curio, tribunus pl. Ciceronis cupidissimus, iratus senatui, quod ei potestas agendi cum populo eriperetur, fieri senatus consultum de supplicationibus non patiebatur. postremo uentum est ad pactionem, permittente Curione senatus consultum fieri; modo nullae praeterea in reliquum annum supplicationes eriperentur. qua tota de re, & de cuiusque sententia, ac uoluntate diligenter Coelius perscribit. Derep. narrat contentiones inter Pompeium, & Curionem de successore Caesari mittendo. Mittit commentarium rerum urbanarum. Sittianum negotium commendat.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. II.

NON diu, sed acriter nos tuae supplicationes torserunt. incideramus enim in difficilem nodum. nam Curio, tui cupidissimus, cui omnibus rationibus comitiales exipiebantur, negabat se ullo modo pati posse, de cerni supplicationes; ne, si quid furore Paulli adeptus esset boni, sua culpa uidetur amississe, & praeuacuator caussae publicae existimaretur. itaque ad pactionem descendimus: & confirmarunt consules, se bis supplicationibus in hunc annum non usuros. plane, quod utrisque consulibus gratias agas, est; Paullus magis certe, nam Marcellus sic respondit ei, spem in ipsis supplicationibus non habere; Paullus, se omnino in hunc annum non edicturum. Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum. prendimus eum: non modo non fecit, sed, cum de hostibus ageretur, & posset rem impedire, si, ut numeraretur, postularet, tacuit: tantum Catoni assensus est; qui, de te & locutus honorifice, non decretat supplicationes. tertius ad hos Fauonius accessit. quare pro cuiusque natura, & in instituto gratiae sunt agendae; his, quod tantum uoluntatem ostenderunt pro sententia; cum impedire possent, non pugnarunt; Curioni uero, quod de suorum actionum cursu tua causa deflexit. nam Furnius, & Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt, & laborarunt. Balbi quoque Cornelii operam, & sedulitatem laudare possim. nam cum Curione uebementer locutus est: & eum, si aliter se esset, iniuriam Caesari facturum dixit: tum eius fidem in suspicionem adduxit. decretarunt, qui inique transfigi

uolebant, Domitij, Scipiones. quibus hac re ad intercessionem encandam interpellantibus, uenustissime Curio respondit, se eo libenter non intercedere, quod quosdam, qui decernerent, uideret confici nolle. Quod ad rem. attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est: de prouinciis inquam auctu est. incubuisse cum senatu Pompeius uidetur, ut Caesar ante id. Nou. decedat. Curio omnia potius subire constituit, quam id pati: certas suas abiecit actiones. nostri porro, quos tu bene nosisti, ad extreum certamen rem deducere non audient. scena rei totius haec. Pompeius, tamquam Caesarem non impugnet, sed quod illi aequum putet, constituat, ait Curionem querere discordias. ualde autem non uult, & plane timet. Caesarem consulem designari prius, quam exercitum, & prouinciam tradiderit. accipitur satis male a Curione: & totus eius secundus consulatus exagitatur. hoc tibi dico: si omnibus rebus prement Curionem, Caesar defendetur: intercessorem si, quod uidentur, reformidabunt, Caesar, quoad nolet, manebit. Quam quisque sententiam dixerit, in commentario est rerum urbanarum: e quo tu, quae digna sunt, felige: multa transi, in primis ludorum explosiones, & funerum, & ceterarum ineptiarum plura habet inutilia. denique malo in hanc partem errare, ut, quae non desideras, audias, quam quidquam, quod opus est, praetermittatur. Tibi curae suisse de Sittiano negotio, gaudeo; sed, quando suspicaris minus certa fide eos tibi uisos: tamquam procurator sic agas, rogo. Vale.

EXPLANATIO

CURIO, tribunus pl. COMITIALES, dies: quibus agere cum populo licebat. ERIPIEBANTVR, quo modo? auspicis, dum enim seruabatur de caelo, quae spectio uocabatur, agere cum populo non licebat. de caelo autem seruabant, non augures, sed magistratus: quod Cicero demonstrat in 11. Philippica, & Varro apud Nonium. Consules igitur, alter, amboque de caelo seruabant, ne Curio comititalibus diebus agere cum populo posset. erat autem haec impediendi, perniciosis tribunorum rogationibus praeclara, & utilis ad modum reip. ratio: qua etiam Lentulus Marcellinus consul aduersus leges C. Catonis tribuni pl. usus est: de quo sic ep. 5. lib. 2. ad fr. Consul est egregius Lentulus, non impidente collega:

collega: dies comitiales exemit omnes. sic legibus pernicioſiſimis obſiſtitur, maxime C. Catonis. Dies a-
 gendi cum populo, in eadem epiftola infra uocat Cicero. NEGABAT ut par pari referret. consules
 de caelo ſeruabant, ne Curio poſlet agere cum populo: Curio intercedebat, ne decernentur ſupplicatio-
 nes. PAULLI consul, nondum a Caſare corrupti. ADEPTVS effet boni, Paullus consul,
 ne quid Curio agere cum populo poſſet de caelo ſeruabat: quem Curio furōne appellabat: & ex ea ſibi illa-
 lata iniuria hoc ſe bonum adeptum dicebat, quod iuſtam haberet cauſam impediendi, ne quid decernere
 ſenatus poſſet. quod ſi ſenatus conſultum de ſupplicationibus fieri pateretur, amittere ſibi uidebatur bonū
 illud, quod furōne Paulli adeptus effet. PRAEVARIATOR proditor. CAUSSA publica, quia, cum ei comitiales eriperentur, nec agere cum populo poſſet, impediri, ac laedi cauſa publica uide-
 tur: cuius ſe patronum proſitebatur, oppugnante Paullo. HIS quae poſtulari ſolent. NON uifuros, excep-
 tis ijs, quae Ciceroni decernentur. SPEM, quasi nihil reip. prodeſſent, aut a dijs immortali-
 bus minime curarentur. Non eſt igitur, quod Marcello magnopere gratias agas: qui Curioni promiſit, le
 in hunc annum nullis praeterea ſupplicationibus uiforum, non quo facilius de tuis impetraret, ſed quia ſpem
 omnino in iſtis ſupplicationibus non haberet. NON edictrum, ſupplicationes. DIVITIUS d-
 ēarum, ut die in dicendo consumeret; ne S. C. fieri poſſet. quo de more diximus ep. 4.lib. I. PRE-
 DIMVS, roguimus, ductum abeo, quia prendimus, & prensamus, (utroque enim modo loquebantur
 ueteres) a quibus imperrare aliquid cupimus. NON modo non fecit, Siganij liber, Non modo fecit.
 quod neque probo, neque condemno. uide locum ep. 9.lib. I. Non modo praeſijs. DE hostiis, non
 da, bantur ſupplications, niſi ob iuſtam uictoriā, caefis hostiis certo quodam numero. ideo Cicero ep.
 10.lib. 2. Victoria iuſta, inquit, imperator appellatus apud Iſlum. Id conſirmat ipſe Coelius, cum ſubiu-
 git, pot. uiffe Hirrum impeditre, ſi, ut numeraretur, poſtulaſſet. quis autem caeforum numerus obtinendis
 ſupplicationib⁹ ſufficeret, praecice ſcriptum non inueni: unum hoē diçam, ſi mille hostium caefi effent,
 Ciceronis a etate ſatis uiffere. id ex ijs Ciceronis uerbis Philipp. 2. cognoscitur: Si quis Hispanorum, aut Gal-
 lorū mille, aut duo millia occidifer, non eum hac conſuetudine, quae increbuit, imperatorem appellaret
 ſenatus? trium phum quidem, qui ſupplications fere ſequebatur, niſi qui quinque millia hostium una acie
 cecidiffet, nem. "i per leges impetrare licuisse, Valerius lib. 2. cap. 2. tradiſit. ſed hoc etiam, ut opinor, de
 prauauit ambitio. Quidam Hostijs, legunt: quam recte, alij iudicent: ego ſequor & historiac testimonium
 & antiquos libros, Siganianum, & meum. POSET rem impeditre, falſo igitur Cicero illud ſcrip-
 rat ep. 10. lib. 2. Vicit oria iuſta imperator appellatus ſum. De eadē re ep. 1.lib. 7. ad Att. VT numeraretur,
 ut oſtenderetur, quo c. refi hostes numero effent. CATONI M. Porcio Catoni, optimo uiro, cuius in ſente-
 tiā, Cicerone conſule, faētum erat S. C. de Catilinae ſocijs in carcere necandis. is praetor fuerat L. Domitio,
 Ap. Pulchro cos. repulſum tulerat in petitione conſulatus, quo anno Ser. Sulpicius, & M. Marcellus deſi-
 gnati ſunt, ideſt biennio ante, quam haec epiftola ſcriberetur. ASSENSVS effet, licet iratus effet, ut
 ad Atticum Cicero ſcripit, cuius uerba proxime recitaui: iratus autem, quia ſuperatus effet ab eo in peti-
 tionē auguratus. ep. 3. & 6. hac de re ſic in eadem epiftola: Cooperas Hirrum mihi placare: perfice. Habe
 Scrofam: habes Siluim. ad eos ego antea ſcripsi. & ad ipsum Hirrum. locutus enim erat cum ijs, commo-
 de ſe potuiffe impeditre, ſed noſuiffe; affenſum tantum eſſe Catoni, amicissimo meo, cum is honorificen-
 tissimam in me ſententiam dixiſet; nec me ad ſe uillas litteras miſiſe, cum ad omnes mitterem. DE TE
 & locutus honorifice, particulam, Et, ſuperuacaneam eſſe cur non putem? feratur tamen, ut in Coelio,
 cuius x̄aḡxt̄ puriſiſimo, & ornatiſiſimo Ciceronis ſermone quam longe diſtet, omnes intelligent.
 quod etiam critici ueteres, quorum testimonia iam recitauiimus, facile iudicarunt. Quod Coelius signifi-
 cat, hoc eſt: De te licet locutus honorifice, tamen non decreuerat ſupplications. laudauit enim
 Cato Ciceronem in ſua ſententia, ſupplicationem non decreuit. cur ita ſenſerit, exponit ipſe in epi-
 ftola, quae exſtat, lib. x v. cui Cicero respondens, dixit, ſe tanti facere Catoni illam laudatio-
 nem, ut cum ea nullum triumphum eſſe conſiderendum exiſtimet. & ad Att. ep. 1.lib. viii. conſirmat
 idem hiſ uerbis: Triumphum video, niſi reip. tempora impedit, evnōḡs. iudico autem cum
 ex litteris amicorum, tum ex ſupplicatione; quam qui non decreuit, plus decreuit, quam si omnes de-
 creuiffet triumphos. ei porro affenſus eſt unus, familiaris meus, Fauonius, alter iratus Hirrus. Cato au-
 tem & ſcribendo affuit, & ad me de ſententia ſua iucundiſſimas litteras miſit. Sed tamen gratulans mihi
 Caesar de ſupplicatione, triumphat de ſententia Catoni. nec ſcribit quid ille ſententiae dixerit. ſed tan-
 tum, ſupplicationem eum mihi non decreuiffe. NON DECERAT quid cauſae fuit, cur non
 decreuerit, cum & amicissimus eſſe uideretur, & res ſupplicatione dignas Cicero geſiſſet, iuſta uictoria
 imperator apud Iſlum appellatus? obſtitit inuidia: cum nobiles homines, ex antiquiſſimis orti familijs,
 nouum hominem Ciceronem in principibus quidem eſſe facile pateretur, altius autem euolare nequaquam
 uellent. quod in epiftolis interdum queritur Cicero, & aperte quidem ad Att. lib. viii. hiſ uerbis: Cato in
 me turpiter fuit maleuolus: dedit integritatis, iuſtitiae, clementiae, ſi. lei mihi testimonium, quod non
 quaerebam: quod poſtulabam, negauit. itaque Caesar ijs litteris, quibus mihi gratulatur, & omnia pol-
 licetur, quo modo exſultat, Catoni in me ingratissimi iniuria. at hic idem Bibulo dierum uiginti. igno-
 ſce mihi, non poſſum haec ferre, nec feram. Et ad eundem, ep. 3. eiusdem libri: Bibulum cum ornauit
 Cato, declarauit ijs ſe ſolis non inuidere, quibus nihil, aut non multum ad dignitatē poſſet accedere.
 FAONIVS, Catoni imitator, aedilis curulis hoc anno. ACCESSIT. Cato ſententiam dix-
 rat: affenſi ſunt Hirrus, & Fauonius, ſententiam non dixerunt. PRO cuiusque natura, & iuſtituto per-
 tinet hoc ad Catonem, hominem ſecuriſſimum, naturaq. & conſuetudine ualde paſcum in tribuendis ho-
 noribus.

noribus. His, non Catoni, qui sententiam dixit honorificam, sed Hirro, & Fauonio, qui sententiam quidem non dixerunt, sed uoluntatem ostenderunt pro sententia, cum Catoni assensi sint. uel, His, tribus nominatis, quibus hoc nomine debentur gratiae, quod uoluntatem dumtaxat ostenderunt non decernenda supplicationis; pro sententia uero, ut omnino non decerneretur, pugnare noluerunt, cum impedire tam posint. quae si recipitur interpretatio, mihi quidem satis probata; distinguendum erit hoc modo: Voluntatem ostenderunt; pro sententia, cum impedire possent, non pugnarunt. T A N T U M } pro saltem, ut ep. 31, lib. vii. Veniigitur, quoquo; ne tantum semen urbanitatis una cum rep. intereat. C V M impedi posse, } si, ut numeraretur, postularent. D E suarum actionum cursu } iratus enim Paullo consuli, qui comitiales ei dies eripiebat, induxerat animum supplicationes omnes impedi. F V R N I V S, } tribunus pl. Ciceronis cupidissimus. ep. 14, lib. xv. & ad Att. ep. 18, lib. xv. is est, ad quem leguntur epistole aliquot lib. x. L E N T U L V S, } cum Lentuli essent multi, summa inter Ciceronem, & P. Lentulum Spintherem amicitia facit, ut de Spinthero accipiendum existimem. C I R C V M I E R V N T, } prensarunt, abierunt, qui enim ambit, circumit; ut ipsa uerbi compositione declarat. B A L B I . C O R N E-1111? Gaditani. ep. 6. S i ait feccisset, } si supplicationes Ciceronis impediisset. C A E S A R I } cui se addixerat, accepta ingenti mercede. E T V S fidem in suspicionem adduxit. } cum diceret, ei cauendum esse, ne feste reconciliatus cum Caesare uideretur, si Ciceronis honorem impediisset, quem sciret a Caesare non vulgariter diligi. D E C R E R A N T, } non equidem is sum, qui diuinationibus, praesertim quae sola coniectura nitantur, facile acquiescam: uerum tamen, ubi nec sententia repugnat, & mutatio leuis est, cur libertatem ingenij eripiam? Hoc quidem in loco, qui nunc in manibus est, cum antiqui libri plerique haberent, Deerant; non nulli, Deserant; alij aliter; ex hac uarietate sum adductus, ut probare, Decerant: qua sententia, nunc exponam. L. Domitius Ahenobarbus, & P. Scipio, Pompeij socer, uterque Caesaris inimicus, cum inique ferrent transfigi de supplicationibus Ciceronis, casq. Curionis tribuni pl. intercessione cuperent impidi; simulatione benevolentiae supplicationes decreuerunt, ut ea re Curionem, omnibus Pompeianorum actionibus acriter aduersari solitus, ad intercedendum elicerent. Accedit Coeliani sermonis cōsuetudo. paullo enim ante dictum est, Non decerat supplicationes. Et in Verrem dixit Cicero, Decresset. H A C . R E } quod supplicationes decernerent. A D intercessionem euocandam } ut Curionem, optimatibus infensum, ad intercedendum elicerent. I N T E R P E L L A N T I B V S, } crebro instantibus, ut supplicationes decernerentur. V E N Y S T I S S I M E } pulcherrime, dictum a Venere, cui pulchritudinem fabulae poetarum tribuunt. A D H V C est. } addidi uerbum, Est, ex antiquis libris, approbante sententia, adhuc, inquit, de prouincijs contentio est. A N T E idus Nou. } ante tempus ei decem tribunorum lege concessum. N O S T R I } optimates. B E N E noſti, } imbecillitas eorum significatur. S C E N A rei torius } in scena dantur fabulae. Coelius transtulit ad significacionem rerum omnium, de quibus contentio esset: ut, quemadmodum scena fabulas, item id, quod dicturus est, omnia contineat. Q V O D illi aequum putet, } aequum putabat, senatui dicto audientem Caesarem esse, de quo sic ep. iv. In disputando coniecit illam uocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatui dicto audiētes esse. Eodem spectat illud in ep. 8. Dixit, hoc nihil interesse, utrum Caesar senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui senatum decernere non pateretur. Specie igitur probabilis, & aequa erat actio Pompeij: sed iniquum contra uidebatur, populi beneficium, Caesari lege tributum, sine causa eripi: quod tamen senatus decreuit, Pompeij, eiusq. amicorum studio. C O N S U L E M designari prius, } quod Caesar cogitabat: ideoq. ferri legem a decem tribunis pl. uoluerat, ut eius absensis in petitione consulatus ratio habretur. A C C I P I T V R satis male } contumeliose, & acerbetractatur. S E C V N D V S consularius } in quo Pompeius iterum consul operam dederat, auctorq. fuerat, ut Trebonius tribunus pl. de Galliarum imperio Caesari in alterum quinquennium prorogando legem ferret. quod beneficium nunc idem Pompeius conabatur eripere, cum eum ante idus Nou. uellet decidere. E X A G I T A T V R. } reprehenditur, sic ep. 1, lib. 1. Rebus palam a consularibus exagitatis, & in summam inuidiam adductis. C A E S A R defendetur: } ab amicis: ne cogatur ante legitimam diem decidere. S E N T E N T I A M } de prouincijs. L U D O R V M explosions. } quos populus oderat, eos ad ludorum spectacula accedentes excludebat, de ijs in commentario scriperat Coelius: praeterea de funeribus, & leuia queadum, quas ipse ineptias fatetur esse. D E . S I T T I A N O negorio, } de syngrapha Sittiana. ep. 2.4.6.7. E o s } a quibus exigenda pecunia est: nam syngrapha Sittiana facultatem dabant exigendae pecuniae. T A M Q V A M procurator } eo studio, quo solent iij, qui aliena negotia procurant. A G A S, } et si patet sententia; de mendo tamen suspicor; cum in omnibus antiquis libris, Agros, non, Agas, scriptum esse uideam. omnes etiam pro, Quando, habent Quo: id est, Cui: quod ueteres usurpabant pro, Quoniam, uel, Quando.

Argumentum ep. 12.

Q Veritur de Appi Claudi, qui cum L. Pisone censuram gerebat, non ingrato solum animo, sed grauissima etiam iniuria: quem cum inimicum sibi esse, accusationemq. cogitare comperisset, antenertit ipse, eumq. lego Scantinia postulauit.

Cicero

PUDET metibi confiteri, & queri de Appi, bo-
minis ingratissimi, iniurijs; qui me odisse, quia ma-
gna mibi debebat beneficia, coepit: & cum homo au-
arus, ut ea solueret, sibi imperare non posset; occultum
bellum mibi indixit, ita occultum tamen, ut multi mibi
renunciarent, & ipse facile animadueterem male eum
de me cogitare. postea quam uero comperi eum colle-
gium tentasse, deinde aperte cum quibusdam locutum,
cum L. Domizio, ut nunc est, mibi inimicissimo homine,
deliberare uelle, hoc munusculum deferre Cn. Pompeio:
ipsum reprehenderem, & ab eo deprecarer iniuriam,
quem uitam mibi debere putarem, impetrare a me non
potui. quid ergo est? tamen quasi aliquid, amicis, qui
testes erant meorum in illum meritorum, locutus sum.
postea quam illum, ne cui satisfaceret quidem, me dignum
habere sensi; malui collegae eius, homini alienissimo mibi,
&, propter amicitiam tuam, non aequissimo, me obli-
gare, quam illius simiae nultum subire. id postquam re-
scit, incanduit; & me caussam inimicitiarum quaerere

clamitauit; ut, si mibi in pecunia minus satisfecisset,
per hanc speciem simultatis cum consecraret. postea non
destitit accersere palam Seruum accusatorem, inire cum
Domitio consilia. quibus cum parum procederet, ut illa
lege mibi ponerent accusatorem; compellari ea legem
uoluerunt, qua dicere non poterant. insolentissimi homi-
nes summis Circensibus ludis meis postulandum mele-
ges Scantinia curant. uix hoc erat Pola elocutus, cum
ego Appium censem eadem lege postulauit. quod melius
cadere, nihil uidi. nam sic est a populo, & non insin-
quoque approbatum, ut maiorem Appio dolorem fa-
ma, quam postulatio, attulerit. praeterea coepi sacellum,
in domo quod est, ab eo petere. Conturbat me mora sen-
huius, qui tibi litteras attulit. nam, acceptis prioribus
litteris, amplius quadraginta manxit. Quid tibi scribam,
nescio. Scis Domitio diem timori esse? exspecto ualde, &
quamprimum uidere cupio. A te peto, ut meas iniurias
ponde doleas, ut me existimas et dolere, & ulciscitur
solere. Vale.

EXPLANATIO

PUDET? non semper culpam sequitur pudor. vir bonus a uitio sic abhorret, ut alienis etiam flagitiis
pudore afficiatur, neque solum cum ea cernit, sed etiam cum audit. Pudet, inquit Clodius, quod in-
ingratus in me fuerit, ita se turpiter, & inique Appius gesserit. Vel: Pudet me tibi confiteri, & queri de ini-
urijs Appij: cum eum tibi antea laudauerim. **QVI A** magna mibi debebat beneficia, & odij caussam ponie
beneficia sua: uere forescit: nam debitor creditorem non amat, adspectum quasi mettens fugit: putat enim
se, cum beneficia non referat, non amari: quae opinio facit, ut nec ipse amare possit, porro qui non amat,
quauis non modo re, sed suspicione etiam adducitur, ut odisse incipiat? qua tamen labo non inficitur an-
nus boni uiri, qui alios ex ingenio suo metitur: nec putat ullius commodi, praemijue spe beneficium tri-
bui. mercatura enim quaedam esset, non liberalitas. improbi autem saepe benigni sunt, non modo ut ean-
dem gratiam recipiant, sed ut aliquid etiam, fenerantium more, lucentur. **S I B I** imperare} imperare
sibi dicitur, qui aliter agere ita solitus est, ut non libenter a consuetudine discedat. Appius autem auarus
ideo sibi, ut beneficia soluat, imperare non potest. Sic locutus ep. 6. Impera tibi: hoc cura. **C O L L E-**
G I V M } augures, (erat enim Appius augur) ut aliquid contra Coelium molirentur. Alij ex coniectura
parum necessaria, contra ueteres omnes libros legendum putant, Collegam, id est Pisonem censem: quod
hoc tempore censuram gerebat Appius. **D O M I T I O , }** qui cum eo consulatum gesserat. Hoc mu-
nusculum deferre Cn. Pompeio: } negotium dare Pompeio, ut me accusaret. Nisi hoc dicit Coelius, quid
aliud significet, non video. Scrupulum tamen sentio. primum, uerisimile non uidetur ita despere Appi,
ut Cn. Pompeium, uirum grauissimum, principem ciuitatis, qui cum imperio ad urbem erat, adduci pos-
se ad suscipiendam accusationem existimet: deinde, munusculum deferre, non est apud Coelium accusan-
di curam committere, sed accusare: ut ep. 7. Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori
postremo, genus loquendi, eti multa in Cocio dissimulanda non ignoro, tamē hoc quidem ferre uix pos-
sum, Impetrare a me non potui, ipsum reprehenderem. quis enim non uidet, Vt, desiderari? Quae cum
intueror, libenter ad eam deducor coniecturam, ut hoc modo legendum, & distinguendum putem: Hoc mu-
nusculum deferre, Cn. Pompeio ipsum reprehendente: ut ab eo deprecarer iniuriam; &c. nec tamen hanc
opinionem nihil adiuuat scriptus liber, qui est apud me, in quo est, Vt ab eo, non, ut vulgo legitur, Et ab
eo. Erit autem, Munusculum deferre, accusare: quo sensu usurpatum etiam est, ut dixi, ep. 7. Quod si quis li-
bros typis impressos malit approbare, accipiat, Reprehenderem, non pro Obiurgarem, quod absurdum
hic quidem est, sed pro, Prenderem: id est, rogarem, ut accusandi consilium abiiceret. **Q V I D** ergo est? }
quasi aliquis cum interroget: hoc tibi faciendum non putasti, quid igitur fecisti? Et uidetur hoc loquendi
genus post negationem, id est, ubi quid improbauimus, inferri. Non placuit mihi, ait Coelius, iniuriam
ab Appio deprecari: quid igitur placuit? alloqui communis amicos, testes meorum in illum meritorum.
Sic Luius lib. XLIV. Non sum is, qui non existimem admonendos duces esse: immo cū, qui de sua unius
sententia omnia gerat, superbuni iudico magis, quam sapientem. quid ergo est? primum a prudentibus, &
proprietate rei militaris peritis, & usu doctis monendi imperatores sunt. **T A M E N , }** ab ipso quidem ut
iniuriam deprecarer, impetrare a me non potui: tamen feci, ut amicos alloquerer. **Q V A S I** aliquid, }
praeclarra, nisi fallor, emendatio. mendum autem, quod in vulgatos libros irrepit, sententiae peperit igno-
ratio.

ratio. nam. Quasi aliquid, ualeat, quasi hoc aliquid futurum esset: quod tamen apud Appium esse nihil sensi. præterea, scriptum ita video in vetere Siganij libro. quidam, Quasi aliquos amicis, malunt: in quo & ab antiquis libris, &c, ut puto, a Coelij mente discedunt. A M I C I S locutus sum. } de Appij iniuria. usurpat & Cicero hoc uerbum cum dandi casu ep. 1. lib. vi. ad Att. Hac non noram tum, cum Democrito tuo locutus sum. & Plautus in Men. Loquere inquit, mihi tum nomen. N E C V I satisfaceret quidem, } satisfacit, qui se uerbis excusat. exempla sunt, ep. 13. lib. vii. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Et Philipp. 2. Acceperam Caesaris litteras, ut mihi satisficeri paterer a te. Et Caesar lib. i. bel. ci. Per tribunos mil. egerunt, ut Caesari satisfacerent. Et alibi. C O L L E G A E eius, } L. Pisonis, contra quem exstat Ciceronis oratio. is censuram cum Appio gerebat. Caesar lib. i. bel. ci. Dio lib. xl. A M I C I T I A M tuam, } quia Cicero electus a Clodio, consentiente consule Pifone, postea, ut ulcisceretur in- iuriam, orationem habuit de consularibus prouincijs, ut Piso e Macedonia, quam proconsul regebat, re- uocaretur, quod senatus decreuit. S I M I A E } Sic Cicero ep. 2. lib. vii. Hic simiolus mej in quem inue- heretur, delegebat & ep. 10. lib. v. & Horatius Sat. 10. lib. i. Serm.

Quos neque pulcher

Hermogenes umquam legit, neque simius iste. V U L T U M subire. } quod supplicis est. ita in peroratione pro Quintio: Denique ipsius inimici uultum superbissimum subiit. I N C A N D V I T; } pro, excanduit; uehementi commotus est iracundia. quo motu uultus excandescit. Alij, Scan- duit. Ego librum Siganij, & meum sequor. & omnino magis placet. Incanduit, quam Scanduit. quid enim est, Scanduit? tolerabilis erat, Candit: quod ad iratorum uultus pertinet. uerum, Incanduit, si habeo, comprobatum testimonio duorum librorum, qui nodum in scyrpo quaeram? H A N C speciem similitatis } quod cum in infamiam uocare ficta similitatis causa. P A L A M Seruum, } nihil muto: uideant tamen erudit, an sit rectius, quod monui adolescens in scholijs nostris, Polam Seruum, quem Cicero nominat, ut accusatorem, lib. 2. ad fr. ep. 2. & Coelius ipse paullo post: Vix hoc erat Pola elocutus. I N I R E cum Domitio consilia. } consilia capere, simul considerare. ep. 24. lib. ix. Consilia sunt inita de me. Et Liuius lib. vi. Consilia inire cum genero coepit. C O M P E L L A R I } accersi, in iudicium uocari. Ad Att. ep. 2. lib. 2. Nigidium minari, in concione se iudicem, qui non fuerit, compellaturum. Et Philip. 3. Fratri mei filium compellat edicto. Et Suetonius in Iulio: In carcerem coniicit Nonium quaestorem, quod compellari apud semaiorem potestatem passus esset. D I C E R E non poterant. } nihil erat, quod obijcere mihi poscent. S V M I S Circensibus } extremis diebus Circensium ludorum meorum: bnos enim ludos aediles curules dabant, Megalenses, & Romanos, ut ostendit Dio lib. xxxix. & Pedianus in commentario Corneliana. hic de Romanis intelligendum: qui dabantur in circ. mense Sept. per quinque dies: quod fasti dierum ueteres demonstrant. Scripta enim epistola paullo ante, quam Cicero e prouincia decederet: cum dicat Coelius in clausula, Exspecto te ualde, & cupio quamprimum uidere. nam Cicero decessisse uidetur mense Octo- bri: quod ex epist. 3. ad Tironem, lib. xvii. licet coniicere. Megalenses autem initio anni dabantur, id est multis mensibus ante Romanos: inquit enim Cicero ep. xi. lib. 2. Mihi magnae curae est aedilitas tua. ipsa dies me admonebat: scripsi enim haec ipsis Megalentibus. Praeterea, cur de Megalensibus accipiam, cum non in circlo, sed in Palatio darentur? de quibus Cicero in oratione de haruspicum responsis: Quid ego de illis ludis loquer, quos in Palatio nostri maiores ante templum, in ipso matris Magnæ conspectu, Megalen- sis fieri, celebrariq. uoluerunt? Idem Liuius confirmat lib. xxxvi. L E G E Scantinia } de nefando marium concubitu, quae poenam irrogabat decem millia nummum. Quint. lib. iv. cap. vii. capitale cri- men postea fecit Iulia lex. ep. 14. Iuuenalis Satyra vi. Suetonius in Domitiano. P O L A elocutus, } uix hoc Pola Seruius accusator dixerat. Antea, Praelocutus. ego, cum in antiquis libris uiderem, Pole locu- tus, legendum putani, Pola elocutus posset etiam, Polae locutus: idest, uix Polae dixerat Appius, cupere se mihi accusatorem ponere. nam & paullo ante Coelius cum dandi casu idem uerbum coniunxit, Amicis, in- quid, locutus sum. Q V O D melius caderet, } quam censorem, qui moribus praefest, & magister morum appellatur, lege Scantinia in iudicium uocare. A P O P V L O, & non infimo quoque } addidit, Non infimo quoque, ut ostenderet, nobiles etiam homines id probasse: qui, licet populi nomine comprehendantur, permisisti tamen in multitudine non satis internoscuntur. F A M A, } cum in rebesceret, censorem, corri- gendis moribus praepositum, tam turpi criminé postulaui. C O E P I facillum, in domo quod est, ab eo petere. } Censorum erat curare, ut sacella non in domo cuiusquam essent, sed populo patenter. itaque Li- uius lib. XL. ubi loquitur de Lepido, & Fulvio censoribus, Complura, inquit, Sacella, publica q. sacra, oc- cupata a priuatis, ut patenter, efflentq. populo, curarent. Coelius autem, ut ostenderet, Appium censem officio suo deesse, petere coepit ab eo, ut facillum in domo priuata ne relinqueretur: cuius rei cura Appij, qui censor erat, eis debuerat. sed libentius intellexerim de facello, quod ipse Appius occupasset: ex quo grauior ei concitata esset inuidia, occupatis rebus a censore, quas censor, ab alijs occupatas, populo resti- tuere deberet. A M P L I V S quadraginta mansit. } quid est hoc? an, Quadraginta litteras? Latinum non est quadragena enim litteras, potius quam quadraginta & quadraginta epistolæ, potius quam quadragi- nas Latinæ sermonis consuetudo postulat: nisi, si scriperit Coelius, XL, ex quo imperitus librarius descri- pte, quadraginta. uerum, quid haec attinet colligere? cu in antiquo Siganij libro diserte scriptū sit, Quadra- ginta diebus misit. quamquā in uerbo, Misit, librarius peccauit: quod meus liber, alijq. corrigunt. S C I S Domitio diem timori effe? } similiter locutus ep. 14. Scis Appium censem hic ostenta facere? sed cum ob- scura sententia est: tum ita discrepant inter se ueteres libri, ut, obscurò per se loco, maiores etiam tenebras ostendunt. In uno meo scriptum est hoc modo, Diem timor est exspectatio ualde, & quamprimum. in uno

Zz Siganij,

Sigoni; Diem tu morare exspecto, & quamprimum: in altero eiusdem, Timor est exspecto ualde & quamprimum. In nullo quidem nidi, Timori esse, PRO INDE} pro, Perinde: quod saepe Terentius, & Lucretius usurparunt. D O L E R E } meas, tuas autem ulcisci solere. V L C I S C I } mirus enim contra Clodianos Milonis defensor in tribunatu fuerat; quod significat Cicero ep. 9. lib. 2. Te, inquit, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, ultorem non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meorum.

Argumentum ep. 13.

Gratulatur affinitate Dolabellae, qui Tulliam, Ciceronis filiam, uxorem duxerat: de Curionis tribuni pl. intercessione, de prouincijs quidam sit exponit: Hortensij oratoris interitum significat.

M. Coelius S. D: M. Ciceroni. 13.

CRATVLOR tibi affinitate uiri medius fidius fiebat ex s. c. primaq. M. Marcelli sententia promulgata esset, qui agendum cum tribunis pl. censembat: frequens senatus in alia omnia ijt. Stomacho est scilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti, ut uix id, quod sibi placeat, reperiatur. transierant illuc, ut ratio eius habenda, qui neque exercitum, neque prouincias traderet. quemadmodum hoc Pompeius laturnus sit, cum cognoscatur, quidnam reip. futurum sit, si aut * non cverit, uos senes diuites uideritis. Q. Hortensius, cum has litteras scripti, animam agebat. Vale.

E X P L A N A T I O

VIRI medius fidius optimi; Dolabellae, a quo uxorem discessisse, scripsit, ep. 9. is postea cum Tullia diuortium fecit: quod & ex epistolis ad Atticum, & ex consolatoria Sulpicij lib. iv. cognoscitur. **S**IBI parum uilis} temeritatis Dolabellam arguit, quod Appius accusasset. id ex ea, qua Cicero respondit, epistola licet intelligere. **P**UDORE Tulliae; Cicero respondit his uerbis ep. 15. libri 2. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. nam ea, quae speras, Tulliae meac prudenter posse, scio cui epistolae tuae respondeant. **L**AV TVM} pulchrum, egregium. **I**NTERCESSIONIS} Curio intercesserat, ne S. C. fieret de successione prouinciarum. de ea intercessione consules ad senatum retulerunt, ut decerneretur, quid agendum, contemnenda ne intercessio, an eius habenda ratio more maiorum. Censuit senatus intercessionem parendum. **E**X I T V M} quia ualuit intercessio, contra quam M. Marcellus senserat. **E**x s. c. eo, quod misit Coelius cum epist. 7. in quo ita scriptum est: Si quis huic S. C. intercesserit, senatum placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq. referri. **P**RIMA Q.} cur prima? forsan studio & opera C. Marcelli consuluis, eius patruelis. **M**ARCELLI} qui consul fuerat anno proximo. **A**GENDV M. cum tribunis pl. ut intercessio tolleretur. **I**N alia omnia ijt.} frequens a Marcello dissensit. probauit igitur Curionis intercessionem. atque hoc reprehendit Cicero his uerbis ep. 7. lib. vii. Senatum bonum putas, per quem sine imperio prouinciae sunt? nūquain enim Curio sustinuerit, si cum eo agi coepit esset. quam sententiam senatus sequi noluit. de hoc genere loquendi uide, quae diximus ep. 2. lib. i. **S**TOMACHO est scilicet Pompeius Magnus} dixi olim, Scilicet Pompeius, mihi uideri esse glossemā ad uerbum Magnus: nec alter nunc uidetur. **I**TA languenti,} Pompeij hoc erat ingenium, ut uoluntatem suam occultaret. stomachi uitium transtulit Coelius ad animum Pompeij nihil in rep. probantis, quippe qui neque Caesarē in Gallia diutius manere uellet, nec suam tamen uoluntatem satis auderet ostendere: quandoquidem, ipso auctore, in secundo, ac tertio consularu, duae leges latae fuerant, una de Galliarum imperio in alterum quinquenniū prorogando; altera, ut in petitione consulatus absentis Caesaris ratio haberetur. **T**AN-
SFERANT. **I**LLVC,} id probauerant. **V**T ratio esset eius habenda,} hoc totum ita legitur in antiquis libris: Ut ratione eius habenda, qui exercitum, neque prouincias tradere. quod ita mendosum est, ut omnis mihi quidem ad correctionem aditus intercludatur. relinquon non inuitus, quod alii querant. sententia quidem haec uidetur esse: Transierant senatores in alia omnia, id est probauerant Curionis intercessionem, improbantes M. Marcelli sententiam; tamquam ratione illius habenda, qui neque exercitum, neque prouincias traderet. Hoc, ut dixi, arbitror significari. sed addere uerbum, Neque, contra veteris libros

libros non audeo: nisi si, ut est omnino asper durusq. Coelij sermo, scriptum ab eo p̄temus, Qui exercitum, neque prouincias tradiceret; pro, Qui neque exercitum, n. p. t: ut, Neque, tam ad exercitum, quam ad prouincias referatur. Venit etiam in mentem, hoc dumtaxat a Coelio scriptum, Transierant illuc, ut ratione eius habenda. glossam autem esse id, quod sequitur, additam ab interpretante pronomen illud, Eius: cum hoc pronomine Coelius Caesarem significare solitus sit: dixit enim ep. vii. Perspecta Cn. Pompej uoluntate in eam partem, ut eum decadere post Kal. Mart. placeret. Cum Caesarem significet, minime tamen antea nominatum. LATVRVS sit, cum cognoscat, unus Sigonij liber, & meus, Laturus est, cum cognoscam: alter eiusdem, Latus, cum iste cognoscam: itaque subesse uitium suspicor. FVTVRVM, uideo, quid dicatur: sed ex ingenio emendatum exstimo: nam ueteres omnes libri, futurus, habent: quod uidetur ad Pompeium referri. SI ut non cureret, sic antiqui libri, mutilus locus est, aut certe depravatus. VOS senes diuites, quorum interest maxime, remp. in suo statu permanere. ANIMA M. agebat, in exitu uitae cerebro spiritus ducitur, & reducitur. id ueteres, agere animam, dicebant. Tusc. I. Et agere animam, & efflare dicimus. Plautus in Trin. per similitudinem dixit: Res cum iam animam agebat, tum esse offusam oportuit. Liuus, Trahere animam dixit, lib. III. ab Urbe: Mortuus Aebutius erat Romanus consul, collega eius Seruilius exigua in spe trahebat animam.

Argumentum ep. 14.

Multa complectitur haec epistola: de L. Domitiū Ahenobarbi repulsa in auguratu; de Saturnino, ab Cn. Domitio Calvino in iudicium vocato; de Pompej, Caesarisq. discordia; de Appiū ridicula in emendandis ciuitatis moribus diligentia.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni.

14.

TANTI non fuit Arsacē capere, Seleuceam expugnare, ut earum rerum, quae hic gestae sunt, spectaculo careres. numquam tibi oculi doluisse, si in repulsa Domitiū uultum uidisse. magna illa comitia fuerunt: & plane studia ex partium sensu apparuerunt. per pauci, necessitudinem fecuti, officium praefliterunt. itaque mibi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quemquam tam oderit, quam me; atque eo magis, quod per iniuriam sibi putari erexit, cuius ego auctor fuerim. nunc surit tam gauis homines suum dolorem, unumq. me studiorem Antonij. Nam Cn. Saturninum adolescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, sive quam superiore a uita inuidiosum. quod iudicium nunc in expectatione est, etiam in bona spe, post Sex. Peducae absolutionem. De summa rep. saepe tibi scripsi me annum pacem non uidere: & quo propius ea contentio, quam fieri necesse est, accedit; eo clarus id periculum apparet. propositum hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi: quod Cn. Pompeius constituit non pati, C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum, & prouincias tradiderit: Caesari autem per suum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu recesserit. fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus trahant. sic illi amores, & inuidiosus coniunctio non ad occultam recedit obtrectionem, sed ad bellum se erumpit. neque, meorum rerum quid consilij capiam, reperio: quod non dubito, quin te quoque haec deliberatio sit pertur-

batura. nam mibi cum hominibus his & gratia, & necessitudo est. tum caussam illam, non homines, odi. illud te non arbitror fugere. QVIN homines, in dissensione domestica debeant, quam diu ciuiliter sine armis certetur, honestiorem sequi parrem; ubi ad bellum, & eastra uentum sit, firmiores; & id melius statuere, quod tutius sit. In hac discordia uideo Cn. Pompeium senatum, quiq. res indicant, secum habiturum; ad Caesarem omnes, qui cum timore, aut mala spe uiuant, accessuros: exercitum conferendum non esse. omnino sat spatiis ad considerandas utrinque copias, & ad eligendam partem. Trope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Scis Appium censorem hic ostenta facere? signis, & tabulis, de agri modo, de aere alieno acerime agere? persuasum est ei, censuram lomentum, aut nitrum esse. errare mibi uidetur. nam fordes eluere uult, nenas sibi omnes, & uiscera aperit. curre, per deos atque homines; & quamprimum haec risum ueni: legis Scantiae iudicium apud Drusum fieri: Appium de tabulis, & signis agere, crede mibi, est properandum. Curio noster sapienter id, quod remisit de stipendio Pompej, se cisse existimat. ad summam quaeris, quid putem futurum? si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, uideo magnas impendere discordias: quas ferrum, & uis iudicabit. uterque & animo, & copijs est paratus. si sine summo periculo fieri posset, magnum, & iucundum tibi fortuna spectaculum parabat. Vale.

EXPLANATIO

ARSACEN capere, & Seruilius in vi. Aen. haec scripsit: Omnes reges Albani ab Siluio, filio Aeneae, & Lauinia, Siluij sunt dicti; sicut Romani Imperatores, Augulti uocantur; Aegypti, Ptolemaei;

Zz 2 Persac,

Persae, Arsacidae. Est igitur Arsaces, generale nomen regum omnium apud Parthos, deductum ab eo, qui Parthorum regnum primus constituit. hoc quidem tempore Parthorum rex erat Orodes, nominatus ep. 1. lib. xv. & 18. & 21. lib. v. ad Att ut historicos omittam. Sed de Arsace rege, & de reliquis, qui ei successerunt, quae collegimus ex Iustino lib. xl. & xlii. fortasse hic adscribere opera et preium fuerit. Arsaces, vir incertae originis, sed uirtutis egregiae, solitus latrocino, & rapto uiuere, regnum apud Parthos primus constituit, cum altiarum antea gentium regibus paruisserent. ita, non minus memorabilis Parthis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute decessit: cuius memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes deinde reges suos Arsacis nomine appellarent. Huic successit filius, & ipse Arsaces dictus. Tertius Parthis rex fuit Pampacius, & ipse Arsaces cognomine, ut reliqui omnes reges, sicuti Romani, Caesares Augustosq. cognominarunt. Pampacio succedit filius Phraates. Phraati, frater eius Mithridates, qui Parthorum imperium a monte Caucaso, multis populis in ditionem radaetis, usque ad flumen Euphratem protulit; nec minor Arsace proauo, gloria senectute decessit. Ei successit Phraates filius: Phraati patruus eius Artabanus: Artabano Mithridates filius, cuius res gestae Magni cognomen dedere. Quo, propter crudelitatem, a senatu Parthico electo, regnum occupauit frater eius Orodes; qui fratrem suum Mithridatem, ultro se in potestatem eius tradidit. in conspectu suo trucidari iussit: hic est Orodes ille, qui M. Crassum, cum filio, & omni exercitu Romano deeluit cui successit filius Phraates ex plice, a patre uiuo rex constitutus; qui statim & patrem ipsum, & fratres triginta trucidauit, Augusto imperante. S E L E V C E A M } regiam Parthorum, a Nicatore Seleuco exaedificatam, uno ex ducibus Alexandri, quem Arsaces deuicit, ut Ammianus lib. xxiii. prodidit. Seleuceas tres, Pieriam, ad Euphratem, ad Belum, Ptolemaeus facit. O C V L I doluisse, } sic apud Terentium in Phormione: Vi'n primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausicratam, & quod tuo uiro oculi doleant. I N . R E P U L S A } cum auguratum peteret, in locum Hortensij mortui, quem augurem fuisse, & Philipp. 2. & prooemium libri de claris Orat. demonstrat. C O M I T I A } non centuriata, sed tributa: quod ex Philipp. 2. & alijs practerea locis intelligitur. angures enim hoc tempore populus creabat, legelata a T. Atio Labieno, tribuno pl. antea creabantur ab ipso collegio. diximus copiose in libro de Legibus. S T U D I A } & quidem tanta, ut multi postea de ui condemnati sint. quia nimis Antonij studiosi fuissent. N E C E S S I T Y D I N E M secuti, } officium, inquit, perpauci praefiterunt: amicitiae habita ratio est. uerum hoc ita Coelius implicauit, ut ex ipsis non facile uerbis exprimatur, nam, Necessitudinem secuti, non est unde pendeat, nisi referatur ad Perpauci: quod si sit, perpauci uidebuntur necessitudinem secuti: cum tamen contraria sit sententia. constat enim dici, Perpaucos officium praefitisse, quia plerique necessitudinem secuti sint. N B familiarem quidem suum } notat ingenium Domitij, cui familiares etiam odio essent. P E R . I N T V R I A M } quod sibi, uiro consulari, M. Antonius, qui nondum tribunatum pl. adeptus erat, in auguratu praelatus esset. E R E P T V M , id, quod petebat auguratum. C v i s ego anchor fuerim. } quid mirum? cum amicissimus Curioni esset Coelius, Curio autem uehementer Antonio fauaret. quod ei obiicit Cicero Philipp. 2. An, inquit, cum es factus augur, unam tribum sine Curione ferre potuisses? cuius etiam familiares de ui condemnati sunt, quod tu nimis studiosi fuissent. Plutarchus etiam, Curionis praecepue opera, tribunatum hoc anno gerentis, Antonium augurem creatum narrat. G A V I S O S iuvum dolorem, } ep. 2. dixit, Gaudium gauderemus. V N V M Q. me studiose Antonij. } me potissimum Antonij studiose, quam ipsius fuisse. de Antonio, augure creato legimus in Philipp. 2. apud Hirtium lib. iix. de bello Gallico. apud Plutarchum in eius uita, & hic ep. 22. lib. xi. suum collegam Cicero appellat. I P S E Cn. Domitius } Lucij filius. de quo illa superiora scripta sunt. Docet Suetonius, Domitiam gentem duobus tantum praenominibus usam esse, Lucio, & Caio. hinc autem, qui Saturninum accusauit, Lucij, qui cum Ap. Claudio consul fuerat, filio, quem in auguratu repulsam esse pafsum Coelius ostendit, praenomen fuisse Cnaeo, ex Dione cognoscitur. R E V M fecit, } reum facere, non est, in iudicio accusare; sed, postulare. sic ep. 6. dixit, Appium a Dolabella reum factum, cum de postulatione intelligeret, ut ibidem patet. S V P E R I O R B a uita } alij legunt, Superiora uita: non diversa sententia. ego, ne discedam a ueteribus libris, in quibus est, Superior ea uita, legendum duxi, Superiora a uita. N V N C in expectatione est, } ubicumque scriptos libros, praesertim & multos, & uerstiores, dissentire video ab impressis; opera et preium puto, lectorem admoneri. nam, etli perspicue patet sententia, uidendum tamen, eius ne sit, qui librum composuit, an eius, qui descripsit, aut emendare conatus est. Hic antiqui libri, quos quidem ego uiderim, omnes, in omnibus uerbis alter habent, atque in uulgatis legitur: Non, pro Nunc: In, non habent: Exspectatione in, pro Exspectatione: Inest, pro Est. S E X . P e d u c a t i } amicissimus Pomponij Attici fuit. Nepos in Attici uita, Cicero in epistolis. A B S O L V T I O N E M . } significat, cum nocentissimus esset, tamen absolutum. quo exemplo bene sperandum omnibus reis. N E C E S S E E S T , } non enim erat inter Pompeium, & Caesarem necellaria, sed uoluntaria contentio. R E R V M poiuntur, } auctoritate, gratia, opibus in civitate plurimum poslunt, alij pro Caesare, alij pro Pompeio sentientes. sic locutus ep. 8. lib. i. C O N S U L E M a l i t e r fieri, aut non peti a Caesare consulatum, aut a praefidente peti, exercitu & Gallijs successoris traditis, Pompeius uolebat. S E f alnum esse non posse, } timebat, ne priuatus in iudicium uocaretur ab inimicis ob ea, quae consul contra auspicia, intercessionesq. pro sua potentia fecerat. Suetonius. A M B O exercitus tradamus } aequa condicio uidebatur: sed hoc sperabat Caesar, dimissis ab ipso, & a Pompeio exercitibus, se tamen, cum uellet, facile suos milites, qui cum eo per tot annos uixerant, reuocare posse. quod Pompeio de suis, nouo delectu coactis, non item sperare licuit. & ob hanc fortasse caussam, (ut aliae illicantur) oblatam Caesare

Cæsare condicionem Pompeius recusauit. Hirtius lib. ix. de bel. Gal. C. Curio tribunus pl. cum Cæsaris caussam, dignitatemq. defendendam suscepisset, saepe erat senatu pollicitus, si quem timor armorum Cæsaris laederet, & quoniam Pompeij dominatio, atque arma non minimum terrorem foro inferrent, discederet uterque ab armis, exercitumq. dimitteret: fore eo facto liberam & sui iuris ciuitatem. neque hoc tantum pollicitus est, sed etiam per se discessione facere coepit. quod ne fieret, consules, amicq. Pompeij iusserunt. Id etiam ad senatum a Cæsare scriptum esse, & hanc ab eo, post belli ciuili initia, condicionem esse delatam, ipse demonstrat lib. i. de bel. ci. Proficiscatur, ait, Pompeius in suas prouincias; ipsi exercitus dimittantur, discedant in Italia omnes ab armis; metus e ciuitate tollatur. Idem confirmat Appianus, Plutarchus, & alij. **I I I . A M O R E S ,** qui fuerunt inter Cæsarem, & Pompeium, præsertim post nuptias Iuliae, Cæsaris filiae, Pompeio collocatae. **I N V I D I O S A ,** inuisa, quam improbarunt omnes boni. **S E . E R V M P I T .** sic liber Siganij, & recte: ut cum proximo uerbo Recedit, congreuat: nam si, Erupit, legatur ut est in plerisque antiquis libris, reponendum erit, Recedit, pro Recedit, contra ueterum librorum auctoritatem. Erupit, & Erupit se, ueteres dicebant. Caesar lib. 2. bel. ci. Portis se foras erumpunt. Virg lib. 1. Georg.

Aut ubi sub lucem densa inter nubila sece

Diversi erumpunt radij. & lib. 1. v. ibidem:

Et caput, unde altus primum se erupit Enipeus.

Et lib. III. Aen.

Interdumq. atram proutumpit ad aethera nubem.

Lucretius lib. IV.

Tandem ubi se erupit nrus coniccta cupido, Parua fit ardoris uiolenti pauca parumper.

Attius Epigono, apud Nonium: Imperitus stupiditate erumpit se, impos consilij. Erumpere stomachum, dixit Cicero ad Att lib. xvi Lege arcano conuiuis tuis, sed, si me amas, hilaris, & bene acceptis: ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. Et Terentius Eun. Iam ne erumpere licet hoc mihi gaudium? Sic, Emergit, & Emergit se, probauit antiqua consuetudo. Cicero de harusp. resp. Tum se emergit, & fertur illic. Nepos in Attici uita: Quibus ex malis ut se cmcrerat. **N O N . R E P E R I O :** respondit ad hanc sententiam Cicero his uerbis ep. 15. lib. 2. In rep. non ualde te iactas: distictus enim mihi uideris, quod & bonus ciuus, & bonus amicus es. **Q u o d n o n d u b i t o ,** Modus loquendi, partum fortasse animaduer sus. nam, Quod, ualeat Sed: ut ep. 4. lib. xiv. Quod utinam minus uitae cupidi fu scis us. Et Philippica x. Quod qui ab illo abducit exercitum; & respectum pulcherrimum, & praesidium firmissimum adimit reip. Et Cæsar lib. 2. bel. ci. Quod ubi hostes uiderunt ea. Et lib. IIII. Quod cum esset animaduersum, coniuncta esse flumin. Varro lib. vi. lin. Lat. Quod cum dicunt confispionem, addunt cortumionem. Liuius lib. XL. Quod cum milites consulis imperio dicto audientes esse dicenter, cum is more maiorum, secundum uota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe esset. Plinius lib. xix. cap. 23. Quod ut hinc quoque curam determinemus. **C u m h o m i n i b u s h i s ,** cum Pompeianis. **C A V S S A M i l l a m ,** Cæsaris, extraordinariam potentiam quaerentis, qui senatu dicto audiens esse nollet. **N O N h o m i n e s ,** amabat enim Curionem, Antonium, Dolabellam. Cæsaris caussam acerrime tuentes. de Antonio paullo ante in hac ipsa epistola: de Curione saepe: de Dolabella ep. 13. **I D . M E L I V S s t a t u e r e , q u o d t u t i u s f i t .** quemadmodum ipse statuit. **Q u i Q . r e s i u d i c a n t ,** iudices: quos Pompeius tertium consul CCCLX legerat, supra. Docemur exemplis, ueteres dixisse, Qui res iudicat cum iudices significant. lib. 2. de Orat. Philipp. 1. & v. & Q. Cicero in de petitione consulatus, & Pedianus in Pisonem. **Q u i c u m t i m o r e , a n t m a l a f f e u i n a n t ,** qui uel iudicia metuant ob delicta, uel, hoc reip. statu, nihil sperent. Idem Cicero confirmat ep. 3. lib. VII. ad Att. Hoc, inquit, video, cum homine audacissimo, paratissimoq. negotium esse; omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaq. dignos illac facere, omnem illam urbanam, ac perditam plebem, omnes, qui aere alieno premantur. **S C I S A p p i u m c e n s o r e m h i c o s t e n t a f a c e r e ?** modus loquendi, cum aliquid uix credibile significamus. ep. 13. Scis Domitio diem timori esse? Et ep. 4. lib. XI. ad Att. Sulmone C. Atium Paegnum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque. Q. Lucretium inde effugisse scis? & ep. 9. lib. IX. ad eundem: Lentulum nostrum scis Putolis esse? Censor Appius fuit cum L. Pisone, anno urbis DCCXI. ep. ultima lib. XII. Dio lib. XL. de Diuin. lib. 1. & in declamatione in Sallustium. Ostenta facere uidebatur, cum bonum virum simularer, signis enim, tabulis qui summopere delegetur, is si alios ab eiusmodi studio, ac sumptu deterreat, non ostentum est? Appium autem signa, & tabulas, ornamentum quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota e Gracia, atque insulis omnibus abstulisse, scriptit Cicero in oratione pro domo: & in eadem paulo post furem appellat: Imaginem, ait, meretricis, a fure sublatam, a sacrilego collocatam. **D e a g r i m o d o ,** sic malui, contra ueteres omnes libros, quam, De agris modo. quam enim sententiam habet, De agris modo? at, si legamus, De agris modo, hoc significabitur, efigie acerrime Appium censorem de moderâ agrorum possessione: quod maiorum memoria fecerant C. Licinius, & L. Sextius tribuni pl. lege lata de agrorum modo, ne quis ultra D i u g e r a agris posideret. Liuius lib. VI. & Epitome lib. LIX. Eandem rem significat, & eodem modo locutus est Varro lib. 1. de rust. Licinij Stolonis, inquit, maiores de modo agri legem tuluerunt. Cicero etiam in epistola ad Atticum lib. XII. de modo agri mentionem facit, ut alia eiusdem, & aliorum exempla praetermittant. **D e a e r e a l i e n o ,** fortasse, ne debitores usuris exhaustirentur, cui malo ijdem tribu in pl. proxime nominati, lege mederi conati sunt, hoc modo, ut, deducto de capite quod usuris pernumeratum esset, id, quod supereret, triennio aquis portionibus persolueretur. Liuius lib. VI. **A C E R R I M E a g r e s ,** non, ut legem ferat: neque enim ius ferendi leges censores habebant. quod etiam diximus in libro de Legibus: sed, ut auctoritate censoria sumptus moderetur, qui fiunt in signa, & tabulas; agrorum autem

autem possessionibus modum faciat, quibus de rebus acerrime Appius agebat in senatu, ut consules referrent. ad Att. ep. ultima lib. vi. CENSVRAM lomentum, aut nitrum esse, censuram ita fordes posse aut obtregere, ut lomentum rugas tollit; aut cluere, ut nitro e uestibus eluuntur maculae: id est, putat se censorae diligentia, & severitate infamiam posse tollere corum uitiorum, quibus antea le turpiter inquinauit. Philipp. I. Ut quisque sordidissimus videbitur, ita libertissime severitate iudicandi fordes suas eluet. Maculas autem nitro tolli solitas, vel illu*l*Hieremiae prophetae indicat, cap. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam bouis: maculata es in iniestate tua coram me dicit Dominus deus. Quem locum attingens B. Hieronymus ep. 47 Cauenda inquit macula, quae nullo nitro, secundum Hieremiam, nulla fullonum herba elui potest. VISCERA. APERIT tantum abest, ut ueterem de suis uitijis opinionem hominum delect, ut eam hac severitate uehementius etiam commoueat. APPIVM male audientem carum rerum caussa, de quibus acerrime agit. CURIO tribunus pl. REMISIT de stipendio Pompei, hoc tempore optimatibus, & Pompeio acerrimus Curio erat aduersarius. intercedebat igitur, ne S. C. fieret de stipendio, Pompeij legionibus persoluendo. ep. 4. PARTHICVM BELIZVM Crasso enim cum legionibus Romanis caefo, finitimis Romanorum prouincijs Parthi minabantur: contra quos uel Caesar, uel Pompeius, qui rei bellicae gloria eminebant, mittendus uidetur. ep. 8. & ep. ultima lib. VII, ad Att. IUDICABIT. quasi, armorum iudicio, ac sententia dirimentur eorum discordiae. M^{ec}us liber habet, Vindicabit: unus Siganij, Vindicauit. SINE SINNO PERICULO nec obscura est, nec absurd a sententia, diligenter tamen considerandum censeo, cur in omnibus plane veteribus libris pro. Summo, scriptum sit, Suo, ex quo nonnullis arbitror coniecturam, esse ortam, Tu, legendum esse, quod est in quibusdam libris Transalpinis. IVCUNDVM nullum inter ciues iucundum bono viro certamen esse potest, uel si sine periculo sit. sed loquitur Coelius ex ingenio suo.

Argumentum ep. 15.

PRIMA pars epistolae Pompeium uituperat, Caesarem laudat. orto enim ciuili bello, tutiorem partem, non honestiorem, Coelius elegerat: utre ipsa comprobaret, quod scripserat epistola proxima, his uerbis: Illud te non arbitror fugere, quin homines in dissensione domestica debeant, quam diu ciuiliter sine armis certetur, honestiorem sequi partem; ubi ad bellum, & castra uentum sit, firmorem; & id melius statuere, quod tutius sit Subiungit de sua cupiditate conueniendi, & alloquendi Ciceronis: de itinere ad Alpes: de Domitio, Caesaris hospite, imperfecto. Scripsit autem haec epistolam anno sequenti post superiores, id est, Lentulo, & Marcello cos. Meminit enim in extrema epistola de Domitio Abenobarbo, Corfinij a Caesare capto, & dimisso.

M. Coelius S. D., M. Ciceroni. 15.

ECQUANDO tu hominem inepiorem, quam tuum Cn. Pompeium, uidisti, qui tantis turbas, qui tam nugax esset, commorit? ecquem autem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in uictoria remperatiorem aut legislati, aut auditisti? quid est? nunc tibi nostri milites, qui durissimis, & frigidissimis locis, tae- terrima bieme, bellum ambulando consecerunt, malis orbiculatis esse pasti uidentur. quid? iam, inquis, gloriose omnia, si scias, quam sollicitus sum, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas. quae tibi exponere, nisi coram, non possum: idque celeriter fore spero. nam me, cum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem uocare: id quod iam existimo confectum: nisi maluit Pompeium Brundisij circumfedere.

peream, si minima causa est properandi isto mibi, quod te uidere, & omnia intima conferre discipio. habeo autem quam multa, huic uereor, quod solet fieri, ne, cum te uidero, omnia obliuiscar. sed tamen quodnam ob scelus iter mibi necessarium retro ad alpes uersus incidit? adeo, quod Intemelij in armis sint, neque de magna causa. Bellienus, uerna Demerij, qui ibi cum praefidio erat, Domitium quendam, nobilem illic, Caesaris hospitem, a contraria factione nummis acceptis, comprehendit, & strangulauit. ciuias ad arma ut. eo nunc cohortibus mibi per niues eundum est. Vsqueaque, inquis, se Domitij mali dant. Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuiisset in uestro Domitio, quantum ipse cadenatus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D. Vale. EXPLA-

EXPLANATIO

N E P T O R E M , qui nihil prudenter, nihil strenue agat. & sane bene ciuilis initio multa Pompeius peccauit, sed illud maxime, quod urbem reliquit, dissentiente Cicerone, qui scripsit haec ad Tironem ep. xi. lib. vi. Vrbem reliquimus; quam sapienter, aut quam fortiter, nihil attinet disputare. Et ad Marcelum ep. 7. lib. iv. Idem etiam illa uidi, neque reconsilium ciuilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeij, nec genus exercitus probare, semperq. summe defendere: qua in sententia me quoque fuisse, memoria tenerete arbitror. ad Att. autē lib. vii. Duce *ἀρχατήγητον*, id est imperitū militandi uocat Pompeium & saepe queritur de urbe relicta. **T A N T A S turbas ,** iis enim remp. perturbauit, cum ea Caesari conaretur eripere, quae ut ei tribuerentur, idem in secundo, tertioq. consulatu laborauerat, atque effecerat. Tumultum illum domesticum, & Cicero Turbas appellauit ep. 10. lib. xvi. **T A M n g a r ,** contemnens enim Caesarem, eiusq. legiones, dixerat id, quod Plutarchus litteris mandauit: Cum terram Italiae pede pulsabo, scatebunt peditum, equitumq. copiae: quod cum non praestitisset, allato nuncio de Caesaris adventu, omnibus in urbe trepidantibus, Faouius ad Pompeium conuersus, Nunc, inquit, terram pede pulsa, & quas promisisti, copias coge. **A C R I O R E M in rebus gerendis ,** summam Caesaris in omnibus bellis uigilantiam, ac celeritatem uel inimici eius laudare cogebantur: & Cicero ipse, cum Pompeio fauaret, Caesar esset infensus, tamen illud scripsit ad Att. lib. ix. Hoc *τέρας* horribili uigilantia, celeritate, diligentia est plenum. Et ad eundem lib. vii. Cum homine audacissimo, paratiissimoq. negotium esse video. Ad Tironem autem ep. 10. lib. xvi. Numquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem. **I N V I C T O R I A temperatio rem ,** hoc dicit, quia Caesar, Corfinio capto, omnibus perpercerat, in ijs Domitio Ahenobarbo, inimicissimo suo: quod ante demonstratum est. Plutarchus, Appianus, Dio, ipse Caesar lib. i. de bel. ci. & alijs. **D V R I S S I M I S , & frigidissimis locis ,** circa Corfinium, in Paclignorū regione situm. **T A E T R I M A hieme ,** quid hieme taetrius, ob imbrues, niues, procellas, frigora, uiarum difficultates, agri uastationem? **A M B U L A N D O ,** Pompeianorum negat ignauiam; cum Caesaris milites bellum, quasi ludendo, ambulando confecerint. **C O N F E C E R V N T ,** loquitur de bello Corfiniensi. nam Pompeius, nondum uictus, Brundisium se cum exercitu contulerat. **M A I I S orbiculatis ,** optimo alimento. Laudantur a Varrone lib. i. de re rust. & Columella lib. v. Confirmat idem ep. 17. Nostrim ille facile algere, & esurire censuerunt. **I A M , inquis, gloriose omnia ,** dices: Iam uobis omnia gloriose successerunt. **A D . M E nihil pertinet ,** me nihil tangit, minime delectat. dixit enim: Si scias, quam sollicitus sum: ne uideatur optimatum caussam, quam Cicero probabat, libenter oppugnare. ideoq. subiungit: Quae tibi exponere, nisi coram, non possum. **E X P U L S E T } ex Italia ,** quod fecit. Caesar autem nomen hic subaudiri, satis confitat. ut ep. 19. lib. vi. In qua ille se dedisse beneficium putabit. & ep. 6. lib. ix. **C O N F E C T U M : ,** pulsum Italia Pompeium. **N I S I maluit ,** quasi sit in Caesaris potestate, uel expellere Pompeium Italia, uel Brundisij maritimis, terrestribusq. copijs circumsedere. **P E R E A M , si minima caussa est ,** peream, nisi maxima caussa est. **D I S C V P I O . ,** uehementer cupio. Plautinum uerbum, quo etiam Catullus usus est. **Q V O D salet fieri ,** qui enim uehementer amant inter se, tantam, adspicere mutuo, iucunditatem percipiunt, ut cetera saepe obliuiscantur omnia. **S E D tamen ,** quamquam, ad urbem uenire, tua maxime causta, discipiā, tamen casu quodam factum est, ut retro ad alpes uersus ire cogar. **Q U O D N A M ob scelus ,** quid ego commisi, quod est meum delictum, cur ire nunc, quo minime uelle, cogar? Quasi hoc peccati alicuius poena sit. **A D A L P E S uersus ,** ita ueteres loquebantur. Caesar lib. vi. bel. G. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum uersus proficisci iubet. Sallustius in Iugurthino: Metellus animaduertit fugam ad se uersum fieri. Hirtius de bello Africano: Sallustium praetorem ad Cercinnam insulam uersus cu parte copiarum ire iubet. Liuius lib. i. In lapide ad meridiem uersus confedit. Festus: Eam partem Esquiliarum, quae iacet ad Vicum patricium uersus. **A D E O ,** ob eam caussam, nec enim aliud hic, Adeo, uidetur significare. **I N T E M E L I T ,** Intemelium opidum Plinius circa alpes constituit, & inter Ligurum gentes nominat lib. iii. cap. 5. **V E R N A ,** olim uerna: nunc autem Intemelij cum praesidio erat. Vernae sunt serui, ex ancillis nativi. **C O H O R T I B U S ,** pro, Cum cohortibus. Sic enim interdum locutos esse ueteres animaduerti. Quidam legunt, Cum cohortibus: quibus fortasse asperguntur, si, Cum, in ullo antiquo libro reperirem. Sed additum fortasse a rudibus Latinac linguae, quos offendenter minus obseruata loquendi ratio. exempla aliquot afferam. Cicero Philippica ultima: His uitanti cohortibus, nullo equitatu, conflxit. Liuius lib. i. Egressus omnibus copijs, partem militum locis circa densa obsita uirgulta obscuris subsidere insidijs iussit. Et lib. xxci. Eodē decem nauibus C. Furius, dum uir natalis, uenit. Et Q. Curtius lib. iv. Vachas peruenit, ubi exceperat eum Graecorū quattuor millia, quibus ad Euphratem contendit. **S E . D O M I T I I mali dant ,** uidetur significare: Domitij omnes male se habent: quoniam & Domitius Ahenobarbus paullo ante Corfinij captus erat a Caesare. Sed hoc loquendi genus, Se Domitij mali dant, inuisitatum & alperum est. **Q V A N T U M ipse catenatus ,** ante multos annos in omnibus uulgatis libris legebatur, Ipse catenatus. Octavius Pantagathus, uir bonis omnibus ob insignem probitatem, & doctrinam ture carissimus, catus a me semper optimi parentis loco, legendum primus existimauit. Psecade natus: ut significetur Bellienus uerna. Psecas enim ancilla est: uernas autem eos esse, qui ancillis nascantur, iam diximus. Si Bellienus, ait Coelius, ancilla natus, Domitium comprehendere, & strangulare non dubitauit: quid Caesari, Venere prognato, in uestro Domitio faciendum fuit? Com mendat

mendat igitur, ac ualde probat Pantagathi opinionem antithetorum gratia; (nam Coelius Coeliano illo more, hoc est perargute, Psecede natus, & Venere prognatus, opposuit) confirmat ueterum librorum auctoritas, in quibus fere omnibus est: Ipse cadenatus: ut, una detracta litterula, i, suus loco nitor, suaq; redatur integratas. De Psecede si quis exempla quaerit, Iuuenalem legat Sat. vi. & Ouidium libro 111. Met.

Argumentum ep. 16.

PVLso ex Italia Pompeo, suadet Ciceroni Coelius; ne afflictam fortunam sequatur, sed in aliquem locum a bello uacuum secedat. Suasit est ab utili contra honestum, castris enim Pompeij, & consulum defendi respondebit debatur.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni. 16.

EXANIMATVS sum tuis litteris, quibus te nihil, nisi triste, cogitare ostendisti: neque, id quid esset, perscripsisti: neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti. has ad te illico litteras scripsi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos te oboe, & obsecro, ne quid gravius de salute, & incolumente tua consulas. nam deos, hominesque, amicitiamq; nostram testificor, me neque temere tibi praedixisse, neque temere monuisse, sed, postquam Caesarem conuenerim, sententiamq; eius, qualis futura esset parta uictoria, cognouerim, te certiorum fecisse. Si existimas eandem rationem fore Caesari in dimittendis aduersariis, & condicionibus ferendis, erras. nihil, nisi atrox, & saeuum, cogitat, atque etiam loquitur: iratus senatu ex ijt: his intercessionibus plane incitatus est. non mehercules erit deprecationi locus. quare, si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae liqueat tibi curae sunt; si aliquid apud te nos, si uir optimus gener tuus ualeat; quorum fortunas non debes uel le conturbare; ut eam causam, in cuius uictoria salus nostra est, odise, aut relinquere cogamur; aut impian cupiditatem contra salutem tuam habeamus. denique illud cogita; quod offensae fuerit, in ista cunctatione te subisse. nunc te contra uictorem facere, quem dubius rebus laedere noluisti, & ad eos fugatos accedere, quos

resistentes sequi nolueris, summae stultitiae est. uide, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit, eligas. quod si totum tibi persuadere non possum: saltem, dum, quid de Hispaniis agamus, scitur, exspecta: quas tibi nuncio aduentu Caesaris fore nostras. quam isti spem habeant amissis Hispanijs, nescio: quod porro tum consilium sit ad desperatos accederi, non medius fidius reperi. hoc, quod tu, non diendo, mihi significasti, Caesar audierat, ac simul atque, hanc, mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit. negani me scire: sed tamen ab eo peti, ut ad te litteras mittere, quibus maxime ad remanendum commoueri posses. me secum in Hispaniam ducit. nam, nisi ita faceret, ego prius, quam ad urbem accederem, ubicumque esses, ad te percurrisem, & hoc a te praesens cōtēdissem, atq; omni uite retinuisssem. Etia, atq; etiā, mi Cicero, cogita, ne te tuoq; omnes funditus euertas: ne te sciens, prudensq; eo demittas, unde exitum uides nullum esse. quod si te ait uoces optimatum commouent; aut non nullorum hominum insolentiam, & iactationem ferre non potes; eligas, censeo, aliquod opidum uacuum a bello, dum hac decernuntur, quae iam erunt colecta. id si feceris; & ego te sapienter fecisse iudicabo; & Caesarem non offendas. Vale.

EXPLANATIO

EXANIMATVS} translato uerbo dolor incredibilis ostenditur. ep. 15. lib. ix. Miraris me tanta perturbatione ualeudinis tam graueriter examinatum fuisse? Tvis litteris,} quae non exstant, multas enim perisse constat. Tiro libertus, quas reperit, in uolumina retulit: quae ad actatem nostram peruererunt. A PERVISTI.} non perscripsisti, quid esset, quod cogitares: significatione tamen quadam ostendisti. PER fortunas tuas,} usurpatur hic loquendi modus cum dolore, aut certe cum summa cupiditate obsecrantis, ut ep. 1. lib. xiv. Per fortunas miserias nostras, uide, ne puerum perditum perdamus. Et ad Att. ep. 20. lib. iii. Per fortunas, incumbe, ut facis. Et ad eundem ep. xi. & 13. lib. v. NE. QVID
gravius de salute tua consulas.} ne quid statuas, quod saluti tuae non expediatur. QVALIS futura esset} explanat hoc id, quod sequitur, Nihil, nisi atrox, & saeuum, cogitat. Huic sententiae respondit Cicero his uerbis, ep. 16. lib. 2. Nec me ista terrent, quae mihi a te ad timorem fidissime, atque amantisime proponuntur. E ANDEM rationem fore Caesari,} ita lenem fore Caesarem in salute aduersariis tribuenda, ut fu in condicionibus de pace, tulerat enim illam condicionem, ut ipse, & Pompeius exercitus tradant. ep. 14. I RAVS senatu,} quia non obtinuisset, ut legati ad Pompeium de pace mitterentur: & quod, quascumque res agere instituerat, L. Metellus tribunus pl. intercedens, omnes impedierat: de quo scripsit Caesari lib. 1. de bel. ci. & Plutarchus in eius uita. EX IIT:} urbe, iturus in Hispaniam contra Pompej legatos, fo 13m

so iam Italia pulso. IN TERCSSIONE PVS } L. Metelli tribuni pl. de quo sic lib. i. de bel.ci. Subi-
ciuit L. Metellus tribunus pl. ab inimicis Caesaris, qui hanc rem distrahat, reliquasq. res, quascumque agere
instituerat, impedit. cuius cognito consilio, Caesar, frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tem-
pus omittat, infectis ijs, quae agere destinauerat, ab urbe proficisciatur. Intercessionis cauflam, quam refer-
re Caesar in suos Commentarios noluit, exponit Dio lib.XLI. quodcum, cum ferretur lex, ut promere pecuniam
ex aerario Caesar liceret, intercessit L. Metellus tribunus pl. qui cum intercessionem uideret, aerarij ianuā
custodire cepit. Sed milites, effracta sera, aditum ad pecunias Caesar dederunt. Plutarchus Caesarem ob-
sistenti Metello, ne pecunias ex aerario sumeret, mortem minitatum esse tradit. Subscriptit Appianus. nec
aliter Cicero ep. 4. lib.x. ad Att. Iracundia elatum, inquit, uoluisse occidi Mettellum. SI . T I B I tu, si
filius unicus, } hanc partem, miserabiliter scriptam, non sine magno fletu lectam esse a duobus pueris Ci-
ceronibus Attico significauit his uerbis lib. x. Lacrumae meorum me interdum molliunt, precantium, ut
de Hispanijs exspectetur. M. Coeli quidem epistolam, scriptam miserabiliter, quae hoc idem obsecraret, ut
exspectarem, ne fortunas meas, ne unicum filium, ne meos omnes tam temere proderem, non sine magno
fletu legerunt pueri nostri. DOMVS, } Domum posuit pro domesticis: ut ep. 12. lib. iv. ad Att. Domus
te tota salutat. SI . A L I Q V I D apud tenos, } rogo te pro eo, quanti apud te sum. GENER tuus, } Dolabella, qui apud Caesarem erat. VT eam cauflam, } cauflam Caesaris. uerum in hoc uerborum am-
bitu desiderari aliquid uidetur. Sed Coelius rationes persequitur, uerborum structuram non attendit.
SALVS nostra, } mea, & Dolabellae. IMPIAM cupiditatem, } nam, si cupimus eam uictoriā, in
qua salus nostra posita est; simul perniciem cupimus eorum, qui Pompeium sequuntur. quorum in nu-
mero si fueris; cogemur impie cupere contra salutem tuam. QVOD offensae fuerit, } si uereris, ne, in
Italia si remanseris, Pompeium offendas: cogita, te, cum nondum ad eum transieris, hac eum cunctatione
iam offendisse. quidquid esse potuit apud eum offensac, id subiisti, quia cunctatus es, nec ad eum statim ac-
cessisti. Quod hic Coelius, idem Atticus existimauit, ut ad eum ep. 2. lib. ix. scriptum est. VICTOREM, } Caesarem. DVBIIS rebus, } cum adhuc Pompeius in Italia consisteret. FVGATOS, } iam in
Graeciam Pompeius fugerat. PARVM optimatem esse, } parum officio fungi boni ciuis. QVID op-
timum sit, } quid tuae, tuorumq. saluti plurimum conducat. TOTVM, } ne omnino ad Pompeium
transeas. DE HISPANIIS, } electo Italia Pompeo, statim ad urbem, deinde in Hispanias contra
eius legatos profectus est Caesar. HOC, } uelle te ad Pompeium nauigare. HAVE, } Haue, matutina
salutatio fuit; Salue, uespertina: ut in Hadriano scripsit Dio. AD. TB litteras mitteret, } misit:
quae sunt lib. x. ep. ad Att. OPTIMATIVM, } Ciceronem reprehendentium, quod Pompeium, &
consules, idest ipsam remp. deseruisset. vide ep. 16. lib. ix. ad Att. & ep. 2. lib. ix. ad eundem. IN SO-
LENTIAM, } quorundam Caesarianorum, qui, quasi iam parta uictoria, ita se insolenter efferant, ut fer-
re uix possis. Cicero respondit: Nostri non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolent-
ium indignitate fastidium. ep. 16. lib. 2. IACTATIONEM, } qui se insolenter iactant, quasi deuictis
Pompeij partibus. VACVM a bello, } idem suasit gener eius Dolabella, ep. 9. lib. ix. DVM haec
decernuntur, } dum haec armis diuidicantur, ad exitum perducuntur. Sic Virgilius, Decernere bello.
QVAE iam erunt consecta. id si feceris, } libri ueteres inter se dissentunt. locum emendauimus ex altero
eiudem epistolae exemplo, epistolis ad Att. inserto lib. x. CAESAREM non offendas, } qui etiam ad
Ciceronem scripsit, nihil ei neque honestius, neque tutius esse, quam ab omni contentionē abesse. ad Att.
lib. x. Quanto acuior, quam Pompeius, qui ab urbe discedens in senatu dixerat, codem se habiturum lo-
co, qui Romae remanserint, & qui Caesaris in castris fuissent. Caesar lib. i. de bel.ci.

Argumentum ep.ult.

VO tempore bellum in Pharsalia Caesar, iterum consul, contra Pompeium gerebat, Romae praetor Coelius, rerum nouarum cupidus, uel
quia praetori Trebonio mandatam urbanam iurisdictionem inique ferret,
uel quod gravi aere alieno premeretur, magnas turbas commouit; quibus
eum Seruilius consul remouendum a rep. censuit. quae dum in urbe agitan-
tur, scripsit Coelius hanc epistolam, doloris, & iracundiae plenam: in qua
se Curionis amore, & Appij odio ab optima mente desciuisse, Caesarisq.
partes potius, quam Pompeij, secutum esse, conqueritur: eiusq. mutationis
culpam in fortunam quoque confert, quae effecerit, ut in Hispania esset.
quo tempore Cicero ad Pompeium in Graeciam proiectus est. Leuiter
Aaa etiam

etiam ipsum Ciceronem accusat, quod amici officium neglexerit, passusq; sit eum cum Caesare coniungi.

M. Coelius S. D. M. Ciceroni.

17.

ERGO me potius in Hispania fuisse tum, quam
Formis, cur tu profectus es ad Pompeium? quod
utinam aut Ap. Claudius in ista parte, aut C. Curio:
★ cuius amicitia me paullatim in hanc portam caussam
imposuit. nam mihi sentio bonam mentem iracundia, &
amore ablatam. Tu porro, cum ad te, proficisciens no-
tum Ariminum, uenisse, dum mihi pacis mandata das
ad Caesarem, & mirificum ciuem agis, amici officium
neglexisti, neque mihi consuisti. Neque haec dico,
quod diffidam huius caussae: sed, crede mihi, perire satius
est, quam hos uidere. quod si timor uestrae crudelitatis
non esset; electi iampridem hinc essemus. nam hic nunc,

praeter feneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam
est, nisi Pompeianus. equidem iam effeci, ut maxime pa-
tres, & qui ante a nobis fuit, populus uester esset. car-
hoc, inquis? immo reliqua exspeta: nos inuitos uincere
coegero. arruntanum me Catonem. nos dormitis; nec
haec adhuc mihi uidemini intelligere, qua nos pateamus,
& quasimus imbecilli. atque hoc nullius praemij spe-
faciam, sed quod apud me plurimum solet ualere doloris,
atque indignitatis caussa. quid islic facitis? proelium ex-
spectatis, quod firmissimum est? uestras copias non noui-
nostris ualde depugnare, & facile algere, & esurire con-
suerunt. Vale.

EXPLANATIO

ERGO me potius? indignatio. Ergo, inquit, ita accedit, quod nunc uehementer dolco, ut, cum tu
ad Pompeium profectus es, ego in Hispania potius cum Caesare, quam Formis fuerim. nam omni-
notecum in Graciam nauigasse. A Formis autem orae maritimae praefuerat Cicero: ut ep. xi. lib. xvi.
IN. HISPANIA? in qua contra Pompeij legatos, Afranium, & Petreum, Caesar bellum gesserat.
ep. proxima, Me secum, inquit, in Hispaniam ducit. **A P. CLAUDIVS?** Coelij inimicissimus.
ep. 12. **I N. I S T A . P A R T E , ?** in qua tu es. Verum totus hic locus obscuratur mendo. Mediceus
liber: Quod utinam aut Ap. Claudius in ista parte, C. Curio. unus Sigonij: Cum Curio: cetera eodem
modo. alter eiusdem: Vt C. Curio: cetera eadem. Tres mei: Quod utinam aut Ap. Claudius in ista parte
prohibuisset, aut C. Curio. In tanta perturbatione uideant eruditii homines, an emendare locum possint:
ego ne conari quidem audeo. uarietatem antiquorum exemplariorum fideliter ostendi. **C. CYRIO?**
Coelij familiaris: ut ep. 7. Fuerat eius quaestor Coelius in Africa, cum in acie Curio periret. Caesar lib. 2.
bel. ci. **I N** hanc portam caussam? sic & Mediceus liber, & quidam alij: meus unus, Partem caussam:
Sigonij, Parte caussam: alter eiusdem, Partem caussae: quod sententia non respuit. **I M P O S V I T?**
collocauit. **I R A C U N D I A , & amore?** iracundia in Appium, amore in Curionem. Iracundiae uitio
laborasse Coelium, uenuse docet Seneca lib. 111. c. 8. de Ira. Coelium oratorem, inquit, suis iracun-
dissimum constat: cum quo, ut aint, cenabat in cubiculo lectae patientiae cliens: sed difficile erat illi, in
crapulam coniecto rixam eius, cum quo edebat, effugere: optimum iudicauit, quidquid dixisset, sequi,
& secundas agere. Non tulit Coelius assentientem, sed exclamauit: Dic aliiquid, ut duo simus. **T**V P O R-
R O, ? sic lego ex duobus antiquis libris, nisi si Tu tu porro, placet: ut geminato pronomine maior ostendatur
iracundia. in quo liber Petri Pagani cum Mediceo conscribit. **A R I M I N U M uenisse, ?** Ariminum
habet unus Sigonij liber. Placuit, Ariminum, ut est in altero eiusdem, atque etiam in meo. postulat enim
sententia, & usus Latinae linguae, Ariminum, potius, quam, Arimini. Veteres aliquot libri, in quibus
est Mediceus, habent, Veniscent: mendose. **N E Q U E m i l i c o n s u i s t i , ?** nullam mei curam suscepisti.
ep. 2. lib. 111. Prospicies, & consules rationibus meis. Fortasse scriptis Coelius, Mi, non Mihi, quod ideo
dico, quia tum in Mediceo libro, tum in eeteris omnibus, Me, scriptum est. E autem, & I, quam facile
committentur, periti antiquitatis intelligent. **Q V O D d i f f i d a m h u i c a u s s a e : ?** quod belli exitum timeam:
quod uereri mihi ueniat in mentem, ne Caesar a Pompeio uincatur. **S A T I V S e s t , ?** melius est, pra-
stat. ad Att. lib. vii. Video cum altero uinci satius esse, quam cum altero uincere. **V E S T R A E crudeli-
tatis?** minatus enim erat Pompeius, ab urbe discedens, hostium se loco habiturum esse, qui in Italia re-
manserint, atque hanc Pompeianorum crudelitatem Cicero significat ep. 9. lib. iv. An tu, inquit, non ui-
debas mecum simul, quam illa crudelis esset futura uictoria? Et ep. 14. ibidem: Si ij uicissent, ad quos ego,
pacis spe, non belli cupiditate adductus, accesseram; intelligebam tamen, & iratorum hominum, & cu-
pidorum, & insolentum quam crudelis esset futura uictoria. Et ep. 6. lib. ix. Victoriam etiam illorum i-
mebam, ad quos ueneramus. crudeliter enim otiosis minabantur. Et ep. 6. lib. xi. ad Att. Omnes, qui in
Italia remanserant, hostium numero habebantur. legimus idem in Caesare lib. 1. bel. ci. **F E N E R A T O-**
R E S paucos, ? uictoriam Pompeij timentes, quia praeter ceteros pecunijs abundant. **N E C h o m o ,**
nec ordo, ? latius patet, Homo, quam, Ordo. itaque satis erat, Homo: aut dicendum fuit, Nec ordo,
nec homo. sed excusat Coelium iracundia, qua perturbatus haec scripsit. **N I S I Pompeianus, ?** omnes
antiqui libri, etiam Mediceus: Nisi est Pompeianus. **P L E B S ?** cum Populi nomen plebem queque
contineat; & de populo sequatur mentio; miror hic Plebem nominari: & omnino mendum olerelocius
detur.

detur, quam suspicionem auget uarietas ueterum librorum. tres habent, Partes: cum quibus Siganianus unus consentit: alter habet, Pios. unus, Pius, Mediceus, Pies. Hic ego me non explico: exitum fortasse reperiet aliorum industria. quod si mutare licet; malim, Patres, quam, Plebs: ut senatores eos, qui, neutram in partem animo propensi, in urbe remanserant, opera sua Pompeianos factos esse dicat: tum de populo subiungat. Nec temeraria mutatio uideri potest, si ex, Partes, fiat, Patres, praeferunt adiuuante sententia. **P O P U L V S** } popularis maxime Caesar fuit, optimates aduersarios habuit. **V E S T E R** est. } populum sibi Coelius addixit promulgatis legibus, una, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donabat; altera de tabulis nouis. Caesar lib. IIII. bel. ci. **R E L I Q V A** exspecta: } ualde hic & ab impressis, & inter se dissentient scripti libri. Mediceus, & duo praeterea, Reliquas exspectant. alij, Reliqua exspectant, Reliqua exspectant, Reliquos exspectant. Mihi non displicet, Reliqua exspectant: ut dicat Coelius, populum reliqua exspectare, id est, ut aliquam ipse Coelius in urbe seditionem commoueat. **A R R V N T A N V M** me **C a t o n e m**. } sic Mediceus liber, sic reliqui fere omnes: mendose: tamen lectorem ueltigio saltem ueritatis fraudandum non putauit: ut eruditis hominibus liberior, ac facilior coniectura detur, cognito ueterum librorum testimonio. M. Catonem, pro, Me Catonem, est in uno Siganij libro. **D O L O R I S**, } hujus doloris causam Dio narrat lib. XLII, quod Caesar Trebonio praetori urbanam iurisdictionem mandasset, quam Coelius expetebat. **I N D I G N I T A T I S** } quod suae dignitatis rationem Caesar non habuisset, Trebonio praeflato. **I S T I C** } in Graecia. nam post bellum Hispaniense, quo confecto statim Caesar in Graeciam contra Pompeium nauigauit, hanc epistolam scriptam esse constat. **Q V O D** firmissimum est? } ex parte Caesaris. Mediceus liber, & alter Petri Pagani, Haec, non Est. in quo si consentirent reliqui; legendum, & distinguendum sic arbitrarer: Quod firmissimum? nec uestras copias non noui. id est: nec uestras copias ignoro, minime cum nostris conferendas. Verum duo libri habent, Est: quod placet. **D E P V G N A R E**, } plus est, quam, Pugnare. auget enim, De, in compositione. **F A C I L E** } nullo incommodo. **A L G E R E**, & esurire } quae diuturnis bellis perferri necesse est. Caesaris autem milites nouem annos, Caesare imperatore, in Gallia pugnauerant. Respondet hoc illis uerbis ep. XI. Nostri milites, qui durissimis, & frigidissimis locis, tacterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti uidentur. **C O N S V E R V N T**, } parui refert, utrum, Conseruent, an, ut est in tribus antiquis libris, Consuerunt, legatur. Coelianum potius uidetur, Consuerunt. amat enim Coelius, ut in sententijs breuitatem, sic in uerbis contractionem. itaque ep. XI. Decrerat, maluit, quam, Decreuerat.

A. 1. d. 1. q. 1. c. 1. v. 1. l. 1. s. 1. t. 1. f. 1. r. 1. p. 1. n. 1. m. 1. l. 1. k. 1. j. 1. i. 1. h. 1. g. 1. f. 1. e. 1. d. 1. c. 1. b. 1. a. 1.





IN . EPISTOLARVM
M . TVLLII . CICERONIS
QVAE
FAMILIARES
VOCANTVR
LIBRVM . NONVM
AD . VARRONEM . ET . ALIOS
PAVL LI . MANVTII
COMMENTARIUS



ON est instituti nostri , qui uir , quantusq. M. Terentius Varro fuerit , quam multis ueterum testimonij eius eruditio praedicetur , ostendere . Quintilianus tantum uerba recitabo , quae sunt lib. x. Terentius Varro , uir Romanorum eruditissimus , plurimos libros , & doctissimos composuit , pericissimus Latinae linguae , & omnis antiquitatis , & rerum Graecarum , nostrarumq. plus tamen scientiae collaturus , quam eloquentiae . Vixit annos centum : quod Valerius lib. lxx. cap. 7. docet . Ante quam duodecimam annorum hebdomadam expleuisset , compositos a se libros septingentos , ipse scriptis in primo libro de imaginibus numeri septenarij . Gellius lib. 111. cap. 10.

Argumentum ep. I. lib. IX.



ARRONIS aduentum expetit ; quod in eius potissimum consuetudine , & sermone spem doloris leniendi , quem capiebat e rerum publicarum interitu , aliquam repuerit . Scripta Caesare tertium , & Lepido cos.

M. Cic